

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Jus Hispano-Austriacum Assertum

Buddeus, Johann Franz

[S.I.], 1701

[urn:nbn:de:bsz:31-131182](#)



42 A 1932, 15

RH

Nr. 3: Copinger 2152
WR 283

Nr. 4: WR 284

Nr. 5: WR 285


6.

J U S

HISPANO-
AUSTRIACUM
ASSERTUM




M. D.C.C.I.



laudan
menti e
prosecu
privato
nuitaque
seneca
lespof
quibus a
unum
publico
decoru
stylo p
dictio
cipat
orbis

Z 8



LECTORI.

PRiusquam hujus assertionis evolutum iheris
modico quidem numero paginas , benevole ,
verique , & justi cupide Lector , monitum te
velim , nihil hic non privatum afferri . Publice
nec jussus quidquam sum , neque secuto judicio
laudatus ; sed nec administratum aliquid literarii adju-
menti est . Iis enim usus sum tabularum apographis , qua
pro seculimore , ut queque è secretoribus chartophylaciis
privatorum facta sunt , passim typus vulgavit . Memine-
ris itaque seu asserta utcumque veritatis , seu remissius de-
fensa calculus opellæ debeat , quām illum tenuiter meruisse ,
ipso fortassis assertore nemo perspectius habet , tam quæ se-
quiūs acta sunt , causa Austriacæ detrahere nihil posse . Id
unum præstare animus fuit , quod viri probi esse visum . In
publico inquam discrimine civis quisque miles est ; nec in-
decorum putemus , ubi per vitæ institutum pilo utinon licet ,
stylo pugnari . Quamquam vero Austria nec sacramento
dicto , neque natali sorte , nec vel domicilio hospitiove man-
cipatus ego sim : civis tamen mundi sum . Universi autem
orbis , Europa potissimum , & in hac Germania nostra salu-
tem presenti in causa carenti manifestum est .

...:(4.):-

Ordinatio Successoria

CAROLI REGIS

Testamento excerpta.

Rostquam deliberatione cum ministris statūs, justitiæque instituta, perpendissem, renuntiationem super regia successione, quam Serenissimæ Dominae Anna, & Maria Teresia amita, sororque mea fecerunt, hoc unico fundamento nixam fuisse, ut unio Monarchia Hispanica cum Gallica impediretur: indeque deprehendissem eo fundamento sublato successionem eandem ex lege successoria regnum meorum spectare ad proximum consanguineum, isque casus jam evenerit in Duce Andegavensi Galliarum Delphini secundogenito: hinc eum mihi nuncupo successorem in omnibus regnis ditionibusque meis, &c. Et siquidem mea mens hæc est, ut Monarchia isthæc perpetuò à Galliæ Corona separata sit, idque etiam rationes tum singulares regnum meorum, tum universales totius Europa postulent: volo, atque declaro, ut si Dux Andegavensis moriatur, vel ad Coronam Galliæ vocetur, eamque huic Monarchiæ præferat: eadem ipsi lege succedat Bituricensis Dux Delphini tertio genitus. Si & iste moriatur, aut Galliæ successionem legat: successorem eidico vocoque Archiducem Cæfaris secundogenitum, excluso primogenito suæ Majestatis, ne qua fortè regnum meorum cum Imperio conjunctio, subditorum meorum rationibus tantopere adversa contingat. Et in defectum Archiducis

(1.) *Caroli Regis testamentum non sustulit renuntiationes, sed ad presentem casum non pertinere per falsam suggestionem modo judicavit.*

Postquam è regio Hispaniarum Ministerio paucis quibusdam nescio quo duetis laeo affectu visum fuit Leopoldum Augustum cum Serenissima Prole Austriaca successione regiā frustrari: planius fini renendo nihil crediderunt, quam Carolo Regi inter vitæ, mortisque confitium anxiò persuadere, ventum esse in casum, in quem pæcum renuntiatorum ex primaria contrahentium intentione vim habere desisset. Natos videlicet Mariæ Teresiae Galliarum Reginæ ad Superos transgressæ ex filio unico nepotes tres, eoque nullam Monarchiæ Hispanicæ cum æmula sua uniendæ necessitatem esse. Istius enim unionis arcendæ curam pæcti renuntiatorii non præcipuam modò, sed & solam fuisse causam. Ea cura è medio sublatâ feriari eatenus & pæctum. Sublatam vero esse, si Delphini Galliarum natu majore filio, Burgundiaæ haec tenus Duce, in spem Gallicæ Monarchiæ post avum, patremque capessendæ relichto, frater natu proximus Andium Dux avia Hæreditatem Hispaniæ sceptrum legat. Credidit (quod ipsi quidem ajunt) Rex sic arguentibus; sed quod nos justissimâ consequentia lege inde colligimus, eo ipso nec solvit pæctum, quod nec poterat, nec solvendi animo fuit sed velut aliunde minutum, ad casum præsentem non pertinere testatò quidem, sed falsus judicavit.

(2.) *Falsitas suppositi, eoque nihil actum esse testamenti, detegitur.*

Eo ipso autem in proposito erit, testamento isto actum nihil esse, dum quæ ad iudicium illud Regi extorquendum proposita fuerunt, sublecta esse omnia & à vero aliena, fuerit demonstratum. Haud magni vero res laboris est id exigere. Nam primò quidem, non una illa quam asseruere causa, sed plures, sed prægnantissimæ fuerunt, quæ pæcti renuntiatorii aut necessitatem, aut cum honestate utilitatem contrahentibus persuaserunt, & quarum integra adhuc vis est. Secundò ea ipsa, quæ omnem absolvisse lineam una jactatur, unionis cum Gallia evitandæ cura perstat adhuc, quando per unius Burgundiæ Ducis exclusionem, reliquamque successionis seriem testamento ordinatam nequaquam sublatum istius unionis est periculum, imò sponte jam ingruenti porta nunc latius, & vel maximè patefacta est. Tertiò ut sublatum etiam ex toto foret istud periculum, eadem tamen mala, quæ per unionem cum Gallia Hispania ceteroque orbi metuenda erant, etiam Andegavensi Duce in Hispaniis regnante imminent. Quartò clarissima sunt ea, quibus evincere est, mentem pacientium hanc fuisse, ut etiam sublato unionis metu, nemo tamen Gallus Teresia Reginæ natus, seu plures ei soboles fuissent, seu secus in Hispania regnaret. Denique præbent tum alia, tum & ipsum regium testamentum indicia nec pauca numero aut obscura, nec pondere contemnenda, quibus qua circa regiam successionem ordinata sunt per suggestiones aliaque artes, nec non tumultuarie præpropere & inconsulte acta fuisse deprehendere est. Quibus, quod brevibus agemus, ex ordine manifestatis, patebit unà, testamento regio nequicquam obluctante, ste-

6 J U S H I S P A N O -

cum posteris integrum, eamque nunc insuper in jus transiisse verum, & inviolabile, nec ullo jam amplius conatu labefactandum, postquam ipso regii obitūs momento, in Cæsarem, aut quem ex Serenissimis Filiis sibi substituerit, ipso jure cum ceteris ditionibus regna, per quæ Hispanica coaluit Monarchia, transiverunt universa.

(3.) *Præter vitandam cum Gallia unionem etiam alia fuerunt renuntiationis cause earumque elenches.*

ENIMVERÒ primum illud quod attinet, præter obicem unioni cum Gallia obdendum, alias quoque fuisse causas, quæ necessitatem renuntiationis indidrent, ex tabularum dotalium & pacti renuntiatorii diserto textu, manifestissimum est. Dotalium tabularum articulus quintus, postquam quæ matrimonium Teresiae Principis cum Ludovico XIV. Rege Christianissimo commendaverant, retulisset, necessitatem renuntiationis subjicit, quâ sine nimirum coanubii, & quidquid inde emolumentorum in utramque Monarchiam expectabatur, spes nulla fuisset. Necessestam verò eam quæ indiderint, duo disertè memorat, *Unionis* quam diximus, *præclusionem*, & *Æqualitatem reciprocam* paciscentium utrinque Monarchiarum, Domuumque, quibus è vestigio additur: & alias justas causas. Paetum verò renuntiatorum harum partem causarum, quas dotale instrumentum nominetenus edere non curaverat, paulò liberalius administravit, *Bonum* videlicet *Publicum*, & *Commune*; illud utriusque Monarchiæ, hoc Christiani orbis universi; *Pacem* præterea *Pyreneam*, quæ ex matrimonio æquè uti hoc ipsum, à renuntiatione pependerat; *Religionis* etiam *Catholicæ* potentissimas *rationes*. Denique & testamentum regnum Philippi IV. & alia monumenta his omnibus *amorem* etiam & *incolumitatem* *Domus* *Austriacæ* subjunxerunt.

Habemus itaque pro una quam *Carolo Regi* suggestere Ministri, septem jam numero causas, quæ renuntiationis necessitatem fecerunt totidemque fulcra, quibus eadem subsistit; *Unionem* videlicet evitandam cum Gallia, *Æqualitatem* inter Monarchias Domosque retainendam, *Publicum* utriusque Monarchiæ, & *Commune* orbis, Reique Christianæ *Bonum*. *Pacem* deinde *Pyreneam*, nec non *Religionis Catholicæ* singulare momentum; *Austriacæ* tandem *Domus amorem*, & *incolumitatem*. Et vel sic tamen exhaustum esse illud tabularum dotalism & alias justas causas, nemo adhuc nisi temere affirmariit.

(4.) *Ratio æqualitatis inter ambas Monarchias.*

DELIBEMUS nunc singulatum, an harum quæquam causarum regio testamento, quod regem ex Teresiana posteritate Hispaniæ seorsim à Gallia imperantem cum mente renuntiationis nequaquam pugnare vult, modum acceperit assumptio testamentario idoneum. Et vitanda quidem unioni cum Gallia, quam testamento isto prospectum sit, postea videbimus. *Æqualitas* autem mutua, quam contractus dotalis præ ceteris dignam duxit, quam nominatim laudaret, hoc ipso gravitatem *Utrumque* volebat æqualitas ista ut quemadmodum

AUSTRIACUM ASSERTVM.

7

nemini regum, nulli regorum, populorumve rem suam per Gallica connubia amorem facere liceret, quod per Salicam, quam illustri, sed adscitio nomine sic vocant legem, de regno Dominiisve Gallicis vel gleba una in dotem, hæreditatemve Gallicæ sponsæ venire nequeat: ita justissimâ talione nec esset, quod vel Domus Capetina, vel Gallia ipsa per Hispanum sibi sponderet Hymenæum. Viget autem hæc etiamnum ratio, & donec vigebit, Philippum Andegavensem Hispaniæ dominari jus, fasque nequaquam patiuntur. Vehementer autem hic exclamat Galli æ causidici, quænam ista contrahentibus fuerit æqualitatis ratio? Terasiam Reginam à Ludovico Rege in consortiū, communionemq; regni sui missam; Ludovicum à Terasia renuntiante Hispaniarum omni communione, consortioque exclusum. Quod Galliarum hæreditate filia regia prohibeantur, id ex vetustissimaregni lege esse, quæ fœmina nulli in regnum regnive domania jus esse finat, eoque nihil ejus ejurari patiatur. Castilia contrà legibus fœminam nullam throno arceri, quin imò diserte e. voari, dum mas ejusdem linea, gradusque deficiat. Quid Terasia, quid posteri pectorasset, ut, si quæ etiam durities Salica legi inesset, eam ipsi suo lacrent dispendio. Possem equidem his fusi occurrere naniis, quod palam fieret, communionem illam, consortiumque Gallici regni, quod Terasia à Ludovico marito tulit, non tanti fuisse, ut eam Hispani intimâ regnorum suorum cum Gallis communione mercarentur. Culcum quoque illum exteriorem, quo ferè omnis illa consumitur communio, quemque Galliarum Reginæ experiuntur, regiis Gallorum filiabus, unâ cum communione regnorum maritali in Hispania redhibitum, ut nihil in his Galliæ debat Hispania. Possem addere, quod si Gallia legem habeat Salicam, quæ ad regias fœminas de terra Salica venire nihil patiatur: esse & Hispaniæ, leges duas, quarum si altera fœminis aditum throni pandat, altera claudat. Nimirum ubi ventum est eò, ut per regiæ filia nuptiales tædas regnorum splendori, dignitati (quo & æqualitas inter cœcera pertinet) commodo, cœterisque publicis rationibus incendum immineat: ibi aut abstinendum esse regiæ hæredi periculo, suspecto Hymenæo, aut Thronum ejurandum. Si prius consultum duxerit, rem ejus integrum manere; sin posterius, incommodos populis amores præ paterna hæreditate à scientie volente liberrimè optari. Tanti esse hanc legem Hispanis decere, quanti Salicam suam Gallis. Nec deesse gentes, quæ pari lege & in suorum regum filias usæ sint. Hedwigem suam Poloni, cùm Austriaco mallet, Jagelloni nubere jussérunt. Nostrâ etiam ætate magna Princeps, cùm, quem populus obtulerat, sponsum fastidisset, eundem successorem sibi dici tulit, quo ipso aut perpetua virginitatis, aut regni abdicandi damnata fuit. Quid quod Galli etiam Annam Britannicam cùm Maximiliano Rom. Regi fidem jam dedisset, alienum legere sponsum cœgit? quid quod in minorum etiam gentium matrimonia reip. obtentu jus sibi lumpserint? Et populis non licet regiarū hæredū arbitrarios amores ad publicæ salutis aut dignitatis rationes exigere. Æquissima ea lex est, subscripta illi, quæ populi salutem supremam esse legem jussit. Nulli adhuc populorum scripta eo nomine dica est. Nihil violenter

legis Salicæ duritiem geminatâ aliâ duritie in se nec meritâ causetur verti? Sed nō lo his locis uti, quantumlibet in præsentem causam efficacissimis. Unum dicam. & qualitas ista inter Austriacos, & Capetinos, inter Hispaniam, Galliamque, quo quod spectet, digna visa est, quæ renuntiationis necessitatem urgeret, Regibus ad Pyrenæos pacem, connubiumque agitantibus, regiorum ministrorum utrinque flori, denique populis. Momentum summum facere agnoverunt pacificando, suadendo, applaudendo. Judicavit idem & ipsa maximè, cuius maximè intererat, Maria Teresia. Tantorum judicio addere aliquid iustitia esset, demere piaculum. Quid igitur quo jure, quoque consilio, & æqualitas ista justificandæ renuntiationi facere vi fa sit, nunc demum supervacaneo labore disputemus? aut quid forensis aliquis declamator secus sibi judicandum audeat sumere? Viger itaque adhuc æqualitatis ista ratio, nec Gallum patitur in Hispania regnare.

(5.) Bonum publicum Hispanie.

Post æqualitatis servanda justissimam curam, inter ea, quæ pacti renuntiatorii induxere necessitatem, Bonum quoque Hispaniarum publicum, tabulae numerarunt. Mittamus hic quoque ambages. Quid sibi volueri Bonum isthoc publicum, quòd pertinuerit, pensi in præsens non est indagare. Recurrit enim quod modo dimisimus. Censuere inquit ministri, agnovere Reges consensere populi, esse publicum aliquod bonum Hispaniæ (quin & Galliæ) quod regem Gallum Reginâ Teresiâ natum, Hispaniarū exesse solio jubeat, etiam tunc, quando pluribus Regina editis nulla unionis in propinquuo necessitas appetet. Regum istud judicium pro omni teste, pro omni causalum momento est; illo stare & licet & decet. Erit tamen & in progressu, ubi bonum istud luculentius exponatur.

(6.) Bonum commune Europa & orbis.

Publico Hispaniarum congreginârunt regia pacta commune universi orbis, Christiani maximè bonum. Est nimurum vasta aliqua mundi civitas, in qua singuli liberorum populorum, quique iis præsunt regum, singulos constituunt cives. Civium istorum nescio an remissoris vinculi officium sit, communi magnæ illius civitatis bono, & incolumitati studere, illorum maximè, quorum rationes libertas communis, aut religio, aut vicinia conjunxit, quam minorum civitatum civibus suæ commodo, & saluti civitatis intendere. Sanè enim tanta vis est curæ, quæ reges in primis Europæos pro communî urget necessitate, ut eam vel Hispaniæ Ministerium in illo ipso; quod Regi suo suggestit testamento, vi veritatis convictum agnoverit, quando arcenda Hispaniarum cum Imperio unioni rationes tum particulares regnorū suorum, tum universales totius Europæ præ oculis habuisse retulit memoratem. Viger autem hodieque ista ratio, nec cum Regina Teresia, nec Gallo seorsim Hispaniis imperante est extincta. Nam quæ ab unione Hispaniarū interiore cum Gallo impendebant mala, eadem nunc quoque impendent, si rex vel domo tantum Gallo Hispaniæ potiatur. Ut ut enim de hinc cùm fratres aut fratrebus aut fratribus ne-

potes utrinque regnarent, alter alterius cupiditatibus immodiè velificaturus fortasse non sit: certum tamen est; quoisque aut Ludovicus XIV. avus, aut Pater Ludovicus XV. Galliam rexerint (quod in plura futurum lustra humanitus prospicere est) Philippum Andegavensem Hispaniā potitum, eorum in cœtera Europa opprimenda notissimis neque unquam nisi vi urgente desitatis molitionibus, si minus exertis semper viribus accessurum, certè, quod ad rem perdendam satis foret, non obnoxium, neque ausurum. Sed & postquam desierint avus & pater in vivis esse, an non seu fratres isti, seu fratreles, quantumcunque in aliis diversi, in vicinia tamen ericunda primum, dein opprimenda faciles concurrent? Durat igitur etiamnum istud renuntiatorii pacti fortissimum vinculum, cæteris omnibus Europæ populis enixè curandum; quod etiam nisi falso inductus Rex Carolus aut nullum fuisset, aut sublatum esse testamentariâ suâ ordinatione judicare nunquam iustinuisset. Nec durat modo sed & jam convelli nequit. Quidquid enim Patri pacienti semel dedit Maria Teresia, id patri acceptatum in jus transivit, sic patri quæsitum, ut vel manibus ejus inhæreat. Hanc enim gloriæ suæ partem longè eximiam etiam cineribus suis quæsitam voluit, ita nimis de omni Europa meritum esse. Quare etiam nec filia ipsa, si vivam facti pœnituisse, post fata paterna, vel connitente una fratre, cœterisque pacientibus, id jus pot erat auferre, neque nunc filia dudum ad superos translata pacto ullo nepotes possunt.

(7.) Pax Pyrenæa.

Succedit inter regiæ abdicationis momenta quinto loco *Pax Pyrenæa*. Illud vero omnium, quæ hic pertinent tabularum concinente, identidemque iteratæ enuntiatione constantissimum est, nec sine matrimonio paci, nec sine renuntiatione matrimonio locum fuisse futurum. Pacem enim volebat Hispania fidam, qualem cum Gallis sibi futuram pridem desperaverat, nisi nexus sanguinis propiore obsignatam. (Quamvis & hîc quoque falsa eventu fuit, quando nexus pacis in bellorum dein solutus est obtentum.) Id ipsum tabulae omnes loquuntur; sic Reges agnoverunt, ut tandem aliquando modus esset bello, quo gens utraque in mutuum, si minus exitium, certè gravissimam syncopen, universæ per mala, quæ sequi poterant, periculosam Christianæ Reipublicæ, sævire videbatur: Ne verò si venturæ ex nuptiis istis loboli spes in Hispaniæ hæreditatem foret, mala eadem & perniciösus redirent, & creditus mutuæ salutis statuminator Hymenæus in alia potius omnia abiret, quod ipsum conceptis iterum verbis Teresia, circa suam abdicationem si solet, eventurum testata est: statuta in medium est renuntiatio, quæ Lernæ istius furias coerceret. Tulit itaque pacem Gallia, qualem ab Hispanis anteà nunquam, quamque olim vel per somnium sibi fingere ausa non erat. Cessa est Galliæ regionum, urbium, arcium, vestigialium ea moles, quæ alibi justo propemodum regno haud absimilis fuisset. Et res ipsa paucis inde annis locuta est, Galliam eâ pace id consecutam esse, ut quæ antea ambiguo semper Marte in unam pugnaverat Hispaniam, unde & impendens (ut non raro saltē præ se ferebat) exitium quod

conjuraret, non semel vicinorum opem enixissimis officiis, nec sanis undique semper artibus exoraverat; ut inquam illa ipsa Gallia universæ subito Europæ non par modò, sed & jam terribilis esset. Beneficium ergo Teresianæ abdicationis & pax ista, & quæ inde orta est Galliæ felicitas fuit, atque etiamnum est. Quam obrem jus & æquum postulat, ut quæ vicissim eâ pace, eâ renuntiatione sibi, regas, Domui Austriae, Europæ omni, quæsita voluit in pacem consentiens Hispania & Philippus in primis Rex, ea inconvulsa sit.

(8.) Ratio Religionis.

Nunc ad Religionis convertimur rationes. Mirum! inquiet Gallus aliquis, si quem ita cœcutire sit, ut conjunctis debinc Galliæ cum Hispania viribus, velut in meridie splendoris Catholicæ expurgandam pauca intra lustra scismatis Europam, exturbandam usque in Asia, Africaque interiora Mahometanam barbariem nequeat prospicere. Enim verò nisi felicior eo nomine coniuncta cum Hispaniis Galliæ alibi fortasse sit, quæcum nuper solam domi suæ (si quod res est, dicere licet) in plantandis neophytis fuisse perhibent, ambigere placulum non putem, an admidum acceptabilis ejusmodi missis Catholicæ futura sit Ecclesiæ. Sed nec velle censi potest Deus, quod à Gallis tanto hiato promittitur bonum, id ruptis fœderibus & vulturiis in violationibus, atque perjuriis, & torius disturbio, & combustione Christianitatis, & immensa sanguinis humani profusione, & profanationibus eorum omniumque sanctissima habemus, quæque sanctiæ Pyrenææ paci; atque connubio adhibita scimus parari. Infamant ista rem Catholicam, non ornant, augentve. Irrugant etiam injurian supremo numini, tanquam abbreviata manus ejus, & exhausta honestioribus rei Catholicæ augendæ mediis omnipotentiae ejus penes esset. Dignum quidem esset, eandem Galliam, quæ efferendis alibi scismatisbus, dum illo ipso tempore, ridiculâ pietate eadem domi ferro, stammisque visceribus exigere suis fatigaret, tantam operam collocavit, pœnitentiâ tandem aliquando ductam, resarcire interrogatam Ecclesiæ cladem, discutere que, sed artibus non malis, quas elevavit nubes. Sed non hoc Galliæ in curis est, quæ regionem pro religione sectatur. Nolo autem his immorari exigendis; propiora habemus quæ ad rem faciant. Felicitatem Ecclesiæ promittit Gallia, cuius bona in incerto sunt. Nam quorum eo nomine libertas tum civilis tum conscientiæ impetratur, eo adhuc numero sunt, ut tam vehementibus acti stimulis, Galliæ redhibituri forsan domi suæ sint, quod aliis imponere tantopere satagit. Certè rupto vel uno ex tanto numero Galliarum terrâ marive repagulo, prorumperet ex omnibus angulis hypocritarum illa multitudo, quas Ludovici Regis Christianissimi pietas fecit, & larvam detrahet. Mala econtra, per quæ felicitas ista paranda est, certa sunt, cædes inquam, incendia, desolationes, excidia, horribiles sanguinis humani profusiones, ceteraque omnia bellorum si quæ unquam feralium mala. Altam igitur mentem pactis Pyrenæis fuisse, tenendum est, quando etiam Religioni dandam censuere Teresianam exclusionem. Non abludit à pacis causa perspicacia probet.

AUSTRIACUM ASSERTUM.

probè cognovisse, non esse è re Catholicæ Ecclesiæ, unam qualem cunque, intra omnem Christianum orbem dominari aut saltè præ dominari potentiam, quæ si auctoritate scismatis implicitur, nota in præcipitu erat religio. Experta est præsca ætas, unum Arrii Asseclam Orienti imperantem, fere omnem in casum dedisse. Et quantum sub Ariminensi Concilio absuit Occidens? Minimè verò omnium expedit eum dominatum penes Galliam esse. Nulla Gallis, ubi prævalent, immodestior in Romanam Sedem gens est. Specimenem jussedere septuaginta illi anni, quibus Avenione Romana exulavit aula, quem reseptum (qualem simpliciores fingunt) hodieque Romani captivitatem Babylo-nicam vocant; reddituram fortassis hac nostrâ tempestate, & in ipsa Urbis mœnianî ocyus caveat Italia. Neque ulla gens schismati laxando aptior Gallici est, per illa quæ Cleri Gallicani, ex quo Gens Borbonia throno admota est, basiliolatria, & pudendæ adulaciones excogitârunt capita regia potestate adversus Sacram munierunt. Posset ista veritas pluribus fanciri, ni probè constaret, nemini eam quam Romanæ ipsi Sedi perspectiorem esse. Hoc igitur cautum voluisse dotalis pactum, & Teresia Reginæ cum posteris exclusionem credibile est; nec cautum satis esse, si quisquam eorum Hispaniæ prædicti rebus, postea ostendemus.

(9.) Incolumentas Domus Austriae.

His Theresianæ renuntiationis persuasoriis succedit tandem, *Amor in Gentem, Domumque suam, Austriacam putat*, qui affectus penes quemque, sèpe etiam privatorum, cordatissimum, & generosum semper potentissimus esse solet. Gratiudinis enim erga maiores congenita pars, debitumque progenitoribus officium est, ut quā illi generis amplitudinem, & claritudinem in nos protulerint amplificare, & in futura porrò tempora penes majorum in nepotibus nomen conservare nostrum putemus. Isthunc affectum Philippus Rex Teresia Pater exemplo majorum, tum omni vitâ suâ, tum maximè in conficiendis tabulis filiæ dotalibus, & ostendit maximum & professus est. Quid verò hunc animi regii sensum affectum tantum dicam, qui ius etiam proprius fuit, si bene intelligimus? Dicam rem, quæ in memoriam seculorum revocetur dignissimam. Ferdinandus Archidux Hispaniæ Infans, ille, qui postmodum Primus ejus nominis Imperator Romanorum claruit, Philippi Primi Austriaci, & Joannæ Castiliæ Regum filius secundò genitus, postquam & ante diu, & uno adhuc ante avi maternæ Ferdinandi Catholici obitum quadrigorio, ob natale Hispanum solum, Hispanam oris speciem, Hispanos mores, & educationem, universa materna successioni, hoc est Hispanorum monarchiæ destinatus fuisset: ministrorum tandem suasu, ultimâ avi jam propè animam agentis voluntate postquam Philippus pater pridem vivis excederat, Joanna mater mentis & gritudine rebus præesse nequiret, Carolo in Belgis tunc agenti, quem etatis vocabat privilegium, loco cedere jussus fuit. Cautum tamen, ut quæ Regum potentissimorum nepotem, filium, fratrem deceret, ex longè amplissima avorum, aviarumque hæreditate portionem ferret. Communi tunc orbis, avique ipsius

paterni Maximiliani Cæsaris judicio, saltem & Austriacæ gentilitia in Superiori Germania ditiones, & florentissimæ Belgii Provinciæ cum Romano Imperio ei promitterebantur. Tam propinquam rursus haud pœnitenda potentia spem, non magne quam prioris per Hispanias promissæ magnitudinis non poterat utique Ferdinandus postea ignorare. Didicerat præterea tum ex priscis, tum propioribus Hispanorum Regum gestis, conjuncta identidem Castiliæ, Legionis, Navarrae, Galliciæ, Aragoniæ, nunc bina, nunc terna, quaternave, una in Domo uno sub capite regna ferre iterum, tenuibus etiam adhuc Hispaniarum rebus pro numero regiæ sobolis in diversa abiisse. Jam igitur florentibus rebus se præterito in natu majorem omnia conferri, ac jus novum in se penè primùm statui, fortassis haud injuriâ poterat queri. Præterea fugere eundem non poterat Ferdinandi Catholici, & Isabellæ Castiliæ tum Principis, dotalia paœta priora aliquando tulisse, ut si filii duo eo matrimonio procrearentur, major Castiliam, qui posterior Aragoniam cum annexis quamque regnis, atque Dominiis tenerent. Casus ille non tum quidem, sed in nepotibus, Carolo & Ferdinando, se explicuerat. Sed Regum mutata dein voluntas in hoc quoque inclementer in Ferdinandum fuit, quando, ut Gallicæ post Anglos ejectos, monarchia par Hispania consurgeret, divisionem post hac prohibuere. His tamen omnibus pensi non habitis, dedit Ferdinandus ille amori Domini, gentisque splendori sua, primùm ut Maximiliano avo paterno sententiam & ipso mutante, Carolum fratrem Electoribus ad Imperiale fastigium (quod postea eventus probavit) commendari, dein à fratre etiam Burgundicâ hereditate se excludi patienter ferret, solâ Austriacâ priscâ per Noricos, Vindelicosque, & pro pristina quidem spe tenui sorte contentus. (Hungariam enim Pannoniamque Annae Jagellonicae nuptiis deinde tulit.) Tam generosi amoris redhominatum fore creditum est, si Carolus frater stirpi masculæ, neglectis foeminis ex se nascituris, in defectum mascula suæmet stirpis, Hispaniarum successionem tutam faceret. Inde & factum est, ut nisi gentilis Austriacus majorem natu Hispaniæ Regis filiam domum duceret, si quæ primogenitali eloquaretur, hæc Hispaniarum hereditatem ejuraret. Inde est, quod cum Maximilianus Archidux Ferdinandi filius dein Cesar, Mariam Caroli Imperatoris, Albertus Archidux Maximiliani ejusdem filius Isabellam Philippi II., Regis primogenitas sibi despondissent, hereditariæ ejurationis mentio facta sit nulla. Contrà cùm Anna & Maria Teresia Austriacæ postea in Galliæ Regum concederent thoras, ejusratio ista non jam amplius precariæ liberalitatî, sed juris optimi vi, atque virtute, & ex dudum antè concepta majorum providentia, ut tabulis dotalibus inferretur, à Philippo III. & IV. consummatissimæ probitatis Regibus sollicitè curatum est. Hoc inquam juris & æqui, & gratitudinis urgentissimo vinculo, accedente præterea in Domum suam, cui omnia debebat, tenerimo affectu, nec non ceterarum, quas explicavimus rationum potentissimis momentis, adducta est Maria Teresia, ut propositam sibi ex Patri, sponsaque etiam sententiæ pacto convento confirmata, sui suorumque exclusionem etiam alacris amplectetur, & sacramento, si quod unquam fuit facerimè dicto obsignaret. Id non Patri modò Philippo proficit. Democritus

in Superiori Ger
mperio a princi
pem , non me
unique Perdu
cimus Hispan
iarum, Galliarum, do
capite regnali
egiz lobos su
jorum omnino
ut poterent.
Isabella Cathar
ina co-mittit
amens quoniam
sed in neponi
a voluntate in
Anglos pos
tere. Hoc
genitumque
stante, Carolus
eobavit / cor
tes ferret, si
spe tenui fin
e nuptias deae
Carolus hinc
mafcula fuerit
e, ut nusquam
us primogen
quod cum ille
imperator, le
Regis principe
la. Contraria
cent ihoros, co
i, atque virtutis
ous interfuerunt
corum eis. Ha
dente pectoris
terum, que
Terula, ut pro
firmitatem fuisse
si quod amiss
e. Diversi

sua acceptatum est, sed & Regina ipsa renuntians eam Domus sue incolumentem sibi datam cupivit; quam post diem suum non proles, non frater Rex, non mutuus amborum, vel etiam communis cum populo consensus, si vel eorum omnium in Austria affectus mutaret, solvere idonei essent.

(10.) *Unioni Hispaniarum cum Gallia evitanda Caroli R. testamento neutra
quam cauteum est.*

Per spicuum nunc igitur, opinor, factum est, animam exclusionis Terezianæ ne-
quaquam unam illam Hispaniarum cum Gallia unionis prævenienda curam
fuisse, quam tamen Ministrorum pauci illi testamentariæ sui regis ordinationi in ti-
tulum justificum quam præfigere, tam affingere non dubitárun. Quamobrem ad
illud me confero quod secundo loco demonstrandum sumpti, illam nempe ipsam
*unionem cum Gallia instare adhuc Hispaniæ, esto Burgundionum Duce in ipm Gal-
licæ successionis Hispaniæ exclusio.* Andegavensis Dux seorsim tantisper ibi terra-
rum imperet. Manifestissimum hoc, quin & istud dabo, vix aliâ expeditiore viâ,
quam quæ inita nunc Hispanis est, eam unionem properati potuisse. Neque diffi-
cili rem demonstrationis putemus; paucis veritas eget. Notissimum, idque, si alia
deforent, vel ex illis Gallie ingenii monstrosis partibus, qui tum toto terè superiori
seculo prodierunt, tum à triginta, aut quod excedit annis nostram maximè infamâ-
runt ætatem, hoc Gallorum, si minus doctâ melius conscientiâ, certè calamisque ar-
misque ratum Juris axioma est, *regnorum ejurationes, si quidem, quod tamen, & ip-
sum ægerrimè largiuntur, ejurantem ligent, certò ad posteros non pertinere.* Quâid,
quamque falsâ juris specie in medium statuant, postea videbimus; nec enim ista hu-
jus loci indagatio est, sed quod Galli ut verissimum quantâcumque vicinorum inju-
riâ ore metiuntur, manu tuentur. Hac igitur sedente Gallorum pectoribus legum
perversione, quid putes profecerint adversùs tam invisam cum Galliis unionem in-
felici suâ sagacitate Hispaniæ, missò Burgundo Andegavensem sibi regem accersentes?
Nam ex ista Gallorum nova jurisprudentia Burgundiaæ Ducis posteritas legitima
patris Andegavensem in Hispania sua regnare patientis facilitatem sibi fraudi esse
potuisse pertinacissimè inficiabitur. Regnandi sortem ex Hispania legibus primo-
genitorum esse contendet, sibi proinde debitam, nulloque juris, nullo pactorum ob-
tentu violabilern. Primo genitum igitur cum & in Galliis sors regnandi postulet, jam
palam est, ex Gallorum disciplina eundem de hinc quem Galliæ, & Hispaniæ regem
esse oportere. Primus iste quidem unionis cum Gallia gradus erit, quod uno capite,
manente ceteris singulis suâ seorsim autocratiâ, tantisper utraque regatur Mon-
archia. Sed paulò post ad alterum quoque gradum res promovebitur, qui unio-
nis intimæ est, quique Hispaniam Galliei regni provinceiam esse coget. Etenim ha-
bet aliam quoque legem Gallia, paris cum priore, quam sanctitatis, tam virtutis.
*Quidquid Galliarum reges decennio omnino uno quiete, nec interrupere possederunt, illi
sic etiam quamvis aliam juris gentium solennitatem eâ ipm possessione Gallia regio do-*

4
I U S H I S P A N O -

manio quæ situm esse lex ista fert. Adversus hanc pestem nulla salus. Et enim præceteris gentibus nobilitate, præstantiaque est Gallica natio, ut ad ejus solem cetera omnia condantur luminaria, ejusque radiis mergantur, esto, Gallis de antiquitate, amplitudine, gloria concedant nihil, & pari undique autocratiæ in illum diem sint usi, quam nec belli amiserint jure, nec pactis abdicarint, nec pro derelicta habitam dimiserint. Omnium equidem perversissima juxta, atque stultissima est juris prudentialia isthæc, sed quam Galli non intrepide minus quam superiorem tuentur, ac unde cum effectu tueantur, affatim sibi esse jaellant. Habet itaque, suum jam sibi fatum Hispania, non Jovis quidem diphtheræ, sed testamento suo regio inscriptum. Sub jugum Gallicum concessura aliquando est, si quidem Burgundi perennatur posteritas. Sin minus; eo promptior in interitum lapsus est. Andium enim Dux, immo Gallia, omnium interea portuum, urbium, castellorum, limitum, per Hispanias, Italiat, Belgiamque, in Orbe novo, (quod nunc properat cuncta feruntur) Gallico milite infessorum potens, an si post Burgundum ad Gallicum vocetur solium, tam optimum dimisurus sit patrimonium? Credat equidem Judæus Apella, aut cui volupe est decipi! Unus Antiochus fuit, qui Asiam citeriore à Romanis exutus gratias egit, quod eorum beneficio tam molestâ procuratione liberatus esset. Philippus Andegavensis injuriam reputabit et recordia censi. Ast, Caroli Regis testamentum sic iubet! Cujus scilicet iussa quam effusissimis Galli cachinnis eludent, sic erudiendos fuisse Phryges dictitando. Multò autem minus Burgundus ipse casu aliquo fratum utrique superstes, ex testamentaria lege reddenda Carolo Austriaco Monarchia reum se agi feret. Non eò pertinuisse causabitur nuperam Carolini testamenti agnitionem, sibi, patrique, & avo admissam, quæ summum in Andium tantum Ducis gratiam, deserterè sic loquente agnitionis declaratoriâ facta fit. Is verò quandoquidem cum Delphino ex hac luce abierit, jam in se unum collectum esse jus omne in Hispaniam Patris Galliarum Delphini, aviaeque Teresiae, pertendet, quod in cujusquam remotionis gratiam prodigere integrum sibi non sit. Ast eò pateretur sanctissima fæderum, sacramentorumque iura violentur! quæ scilicet iura Galliarum dudum non aliter ac res ejus ferebant curata; cui jus potius est, quod armorum vocat. Licere Hispanis tunc inquiet, ut si quidem sibi in pactorum illo jure suo tantopere placeant, confidentiamque habeant in ventre, clavam Herculi eripiant.

(11.) *Etiam citra unionem cum Gallia mala unionis ex testamento Carolino Hispanis imminent.*

Certa igitur manet Hispaniam sua serius ocyus cum Gallis unio, idque ipsum promovente, quo maximè vitatam se cupere præferebant Hispaniarum Reatores, Caroli Regis testamento. Sed ut demus insperatâ quadam eventuum benignitate mihi iùs aliquanto actum iri cum Hispanis, quam ut in Gallorum abeant appendices, an Gallo sub Rege protinus & cœtera absuerint mala, proprie que unio-

AUSTRIACUM ASSERTUM.

11

nem illam intimam superiorum regum tantopere aversata est pia , & sagax prudens . Frustra hoc sibi pollicentur, quandoquidem in id non admodum interest, uno capite an uno consilio genti utriusque imperetur. Nam & Hispanorum in Senatu superior semper tunc erit Gallia , neque Hispania unquam aurota detrectare nunquam non armata Gallorum seu preces seu consilia. Nec sanè vel ipse sibi blandiatur Andium Dux, fideliores sibi, quām avo , aut patri, aut etiam Biringo fratri olim Galliarum regi, futuros Gallos , quos sibi circumdederit ministros. In eorum sententiam Lutetiae præscriptam pedibus ire quandocunque res Gallorum postulaverit, cum Hispania cogetur. Quid deinde: Galliae si minus protinus, certe ut primum novitas peregrini imperii fuerit mitigata, Gallis inquam aula, Gallis utroque in orbe regna, provinciæ, portus, urbes, & cum munimentis exercitus , limitesque implebuntur, ministris, rectoribus, præfidiis, milite, ducibus, legatis. Galli negotiatores, opificesque angusta facient indigenis , suomet ingenio à mechanicarum tractatione alienis, emporia, oppidaque, medullam omnem Peruvianæ , Hesperiæque in se trahentes opulentia. Gallorum, ut quisque Regi Christianissimo idoneus visus , justæ in Hispaniam deducentur coloniæ. Gallorum sub numero Hispanicâ civitate donatorum , ordinique insertorum Senatorio præsca gemet magnatum indigenarum nobilitas, & eminentia, suamque tristis recondet lucem, cristalque submittit. Tunc ad Galliæ institutum matrimoniorum quoque se arbitrum faciet Rex Andegavensis. Ut quæque opulenta se offeret familiarum hæres , Gallico viro in gratiam damnabitur. Contrà proceres indigenæ, ut quisque inter populares seu gratiâ seu autoritate, aut domi opibus, amicisve pollens , aut aliunde suspectus fuerit, uxoribus onerabuntur Gallis , quas aut Dominas , aut prægraves factione hostes, vel si remissus agatur, saltem aut in rebus agendis à consiliis , aut familiares patientur exploratrices. Gallos præterea opimiora expectant sacerdoria, & jam pro uno quem Carolus V. invitò atque infeliciter impoluerat Toletana in Cathedra Croyo, sexcentos ferent. Galli denique Militarium Ordinum pinguiores ad se rapient præbendas. Notissima hæc Gallorum indoles , notissimæ artes sunt. Quocunque vel hospes modò Gallus pedem intulit, ibi , quod Germanorum proverbium est, aut migrare veterem colonum , aut Dominum ferre necesse est ; prima hæc Gallici lex hospitiæ est. Quid igitur ubi non hospes ultro adest Gallus, sed cum popularibus suis sponte popolorum imprudentiâ vocatus , & exoratus ? Ipsam modò Galliam intuentes H̄spani , futurorum apud se expectatione , solliciati. Norissima res est, Galliæ proceribus ante proxima secula ex vetustissimo instituto eandem ferme quam nunc Germaniæ Principibus magnitudinem , eundem splendorum , parum abludentia jura fuisse. Perlustres autem hodie vel Diogenis lucernâ Galliam omnem licebit ; liberum quidem hominem nullum , nedum ex signis quemquam invenies eminentem. Aut extincta pridem sunt clara illa præcæ Galliæ lumina , quæ utramque historiæ paginam illustrant, aut servi jam sunt, omnia dominatus occupavit. Jam etiam Parlamenta , quæ vocant , aulae seriuunt,

J U S H I S P A N O -

16
 viunt, Catonianum dedocta suffragiorum candorem; id enim inter prima post Pacem Pyrenæam potentia rudimenta fuit. Quin & regii agnati, coronæ per natalium sortem candidati in documentum, atque exemplum ad strictissimi formantur obsequii, cujas unam sibi gloriam relietam sciunt; id natales eorum postulare monentur. Qualem igitur Gallum regem ex Ludovici XIV. manumissum padagogio sibi spondeant Hispani? Ne falsi sint, sic paucis habento: Pro temperato, quo hactenus res Hispana curata est imperio, ad Galliæ pedem exiget universam Rex Borbonius. Nec è longinquò velut cunctabundum paulatim se insinuat maius, Gallico gradu citatum jam ante fores, jam in ipsis visceribus est. Insubriam, Belgium, jam tenent Galli; Pyrenææ fauces ad mediterraneum, ad oceanum reclusæ Gallis incidentur. Gadibus cum freto Herculeo in pedicas parantur Gallicæ arces; jam novacum Abydo Sestum expectant. Jam ex Tarraconensi legiones in penitiora evocatae, ut imminentibus æstate hostium classibus Barcinoni Gallico præsidio munienda obtentus aliquis sit. Jam imminet dies, quo stupebit Hispania, tam citò in Galliam vertise potuisse; metamorphosi, qualem hactenus nec vel poëticum ullum ingenium somniare sustinuit. Hoccine vero illud est, quod tabulæ dotales, quod renuntiatoræ iteratò inculcant, prater alias justas causas etiam ideo prohibitam velle utriusque Monarchiæ unionem, ut proprio queque splendore, propriâ fulgeat Majestate gloriæque gestorum; ut civium peregrinos a versantium dominatus parcatur amaroribus, ut ne dignitas Hispanie deliberetur &c. Quid quòd à paucis illis, qui clavum Hispaniarum tantisper tractarunt, exortatus jam tum ab initio Rex Christianissimus, ut quæ veller, ornæ per vastissimum Monarchiæ ambitum, provinciarum, arcium, copiarum militarium, Præsides, Prætoresque non consultis Hispaniæ Rectoribus juberet? Quid quòd Belgio regendo destinatum ajunt sanguinis Gallici Principem? Quid quòd novissime efflagitatum sit, velit jubeat Rex Galliarum Legatum suum senatu supermo suffragiis rendi causâ interesse? An quam nunc præstant Rectors Ludovico Regi cœcam fidem obsequiumque eam Philippus scil. nepos dehinc detrectet? An autem stare sic possit juxta Gallicam Hispaniæ Majestas? O tempora ô mores exclamat aliquis cum Tullio! ô admirandam juxtâ, & deplorabilem catastrophen! ô rerum hominumque conversionem, ni veritas in ipsis insiliret oculos, omni fide majorem! Utique adeone etiam in Cappadoces degenerare Hispaniæ Rectoribus suis jubentur, ut servituti se natos fateantur, ut servituti se natos fareantur, ut servitutem ultra flagitatum in beneficiis numerent! O ut Ferdinandus aliquis Catholicus, aut Carolus Imp. aut Philippus Secundus regum Sagacissimi à Superis in hæc terrena revertantur! an putet scrutantibus agnoscendos in popularibus suis nepotes militum suorum, quorum fide, virtute, & famæ per honesta, tum publicè tum privatim parandæ studio terror Hispaniæ in utrumque orbem illatus est? Sed ista quidem mala Hispaniam privatim prement. Sed quid reliquam Europam, quid orbem cœterum, quorum incolumentatem cum Galliæ, Hispaniarumque unione stare non posse professi sunt Reges? Iliades malorum irruent etiam citra hanc unionem, cā quidem, quā

AUSTRIACUM ASSERTUM.

19

Hispaniarum Rectores rem auspiciati sunt viâ; sed quas alibi tractandas hîc loci re-
ferre non attinet.

(11.) *Mala unionis etiam citra unionem ventura, certa sunt.*

DEsine, ait mihi aliquis, desine ultima omnia ominari quandovatem hodie pro-
ficeris, funestum imprimis, ambigua in eventu fame est. Timeri fortassis ali-
qua posset certi nihil apparere. Nec ferre tamen leges humanitatis, ut incertu metus
mali, de aliena probitate iudicium präoccupet. Quin potius bene sperandum de ho-
minibus, nec continuo proeventuris habenda esse, qua eveneri possunt. Inter os & offensam
multa posse intercedere. Nec àum omnem Gallis decòtam esse fidem, &c. Inania verò
sunt ista, ipsique etiam Regibus pridem damnata, quando pactis dotalibus, ac re-
nuntiatoris diserè indicantibus, ideo Teresiam cum posteris Gallis Hispan à ne-
cessariò excludendam esse professi sunt, quod tutius sit, prævenire mala, quam posse
causam vulneratam remedium quarere. Voluere nimirum, ut nec si veller, peccare
Gallia posset; ut non certæ modò ex Gallia cladi, sed & fortuitæ calamitati obex, ut
vel periculo mali, ut & timori consultum esset. Noluere Reges ut cives Hispani sub
Rege Gallo precariæ libertatis spiritum traherent; noluere & cœteræ Europæ sa-
lute ab aliena pendere modestia. Nôrat utique Rex Philippus, nôrant majores,
quam immodestus alienæ libertatis custos esset Gallus. An autem communis saluti
consulere sic volentibus, ipsâ etiam in conditionem promittente Galliâ, liberum
fortasse non erat? jure utique optimo maximo volentibus liberrimum erat. Ec-
quid verò etiam ambigat quisquam sanus Gallorum consilia in universalem jam
ducum intenta fuisse, ac etiam omnium esse monarchiam? Cùm Rex Franciscus Valesius
Insubriam subegisset in spem securiæ paulò post utriusque Siciliæ; cùm apparatus
in hoc jam fierent; cùm deinde, & Imperium Romanum procaretur; jam tum si
galliae, Italiae, Germaniae potens fieret, jam tum inquam, vastissimarum cogitationum
Rex, arbitrium Europæ spe devoraverat. Obstat tunc quidem Caroli V. fortuna.
Secuti dein Franciscum quatuor ex ordine sunt reges, quos impar rebus magnis in-
geniū, turbæ intestinæ, & potentia Hispanorum sub Philippo II. ut unque adhuc
integra dominatu provehendo prohibuere. Sed ut primùm vertente seculo decimo
sesto Henricus Borbonius Rex domesticis explicatus turbis, regno pacato, ærario in
sufficientiam stipendiiorum rectus ordinato, confirmatam vidit parentiam: mox
Ren. p. suam Christianam excludere orsus est. Haud alijs unquam in Europæ im-
perium ut occultius callidiusque sic efficacius itum est. Sed jam accincto moe-
sopina, & truculenta consiliorum una vitæque filum abruptit. Ludovici filii, suopte
ingenio mitis initia puerities ejus, & muliebre matris gubeinum, ministrorum et-
iam, qui matrem proximè secuti sunt, indeoles non facta rebus novandis, à turbanda
Europa abstinuit. Ut verò ejusdem juvenus in Richelii Cardinalis ministerium
incidit, resumpia illico sunt Francisci, atque Henrici, neque in hunc dein diem de-
posita consilia. Domi primùm Richelius intestinum carcinoma fractis ex integrō
Reformatorum, ut vocant, viribus, & Rupellâ caprâ compescuit. Dein exilio in

res maiores accurato, Germaniae calamitates sedere, auxiliisque Gallicis auxit; Baravos non, ut antea, remissem, sed justis dehinc exercitibus juvit; non in Belgio tantum, Alpibusque, & Insubria Hispaniam honestiore Marte, sed & in Tarragonensi, & in Lusitania insidiis, atque seditionibus aggressus est. Jam tum Hispanica potentia, probè, palam, ac sine spe redintegrationis in casum datâ, non dñebat tamen Richelius per quatuor orbis plagas, adversus imminentem ab Austriacis catholico-cum dominatum adhuc declamare. Quod si mens non lava fuisset, orbis tunc ludibrio habitus deprehendisset utique jam tum dominatum istum, non aliunde magis, quam è Gallia timendum esse. Richelii stamen prosecutus est Mazarinus cuius breve exilium plus Galliae profuit, quam antecedens aliquot annorum ministerium, proprius nimirum, & eoram exploratis Germanorum rebus, animisque & morbis, quo dein mirò profecit. Ludovici tandem Decimi Quarti jam sine arbitris regnum neglectissimum pactis toties resumpta, & semper cum incremento bella, & illusia nuper falsæ divisionis specie cum Batavis Britannia, proiectum interea quod destinarerat, Carolini testamenti molimen, ejusdemque properata contra Britannicum fœdus agnitione, & approbatione, constans præterea tanquam in potestate esset fortuna, bellicorum apparatum nunquam antehac visæ moles, tributorum ad summum perducta affluentia, commerciorum florentissimus cursus, inde nata opulentia; hæc dico, si quem dubium sinant, an tam pulchro in studio prosecutura cursum sit Gallia, natalis dignissimus est, qui Anticyras navigare jubeatur. Et ista quidem insania fulatijs graffata fuerit, unum dixisse pro omnibus fuerit: sic nimirum si res agatur, nullam gentibus quietem fore, donec in unius gentis, Capetinæ putat, patrimonium, omnes concesserint.

(13.) *Pacta dotalia, & exclusoria disertè obloquuntur Caroli R. testamento.*

Nolo itaque his diutiis immorari demonstrandis. Ad illud transseamus, quod quarto loco ostendendum est, ipsi inquam pactis voce clarissimâ refelli, confundique illos, qui negare audeant, pertinuisse renuntiationem ad casum, qui nunc se offerat, illum nempe, quo Maria: Teresia: plures suscipierentur filii aut ex filiis nepotes, quorum alter Gallia, alter Hispania, seorsim quisque praesesse possit. Audiamus ante omnia Reginam à limine renuntiationis suæ in hæc verba loquentem.

Et quandoquidem communis consensu (Regum) velut in rem apprime utili, maturâ deliberatione præmissâ conventum est, &c. ME, PROLESQUE MEAS DESCENDENTES ex hoc matrimonio jure omni, speque in regna, status, atque Dominia Hispanica absolute exclusas; sororumque capessendorum inhabiles fore, &c. Audin' non modò, si proles Reginæ suscipieretur una, quæ, si mas esset, unionis necessitatem protinus induceret, eam successionis expertem esse pacientes, voluere: verum etiam, si plures Ludovico pareret, omnes hæreditate arcendas, ejusque aedendo inhabiles fore invavit Regina, postquam in idem convenientiss Reges. Proles uti-

AUSTRIACUM ASSERTUM.

19

que meas ait, non prolem meam. Addit insuper descendentes, ne forte primo gradu progenerationis lege impacti impletam puremus. Audiamus verò in tabulis dotalibus ipsos & Reges. Ajunt illi quinto pactorum articulo : *Placuit, &c.* Serenissimam Infantem Mariam Tereziam, ejus liberos, mares, feminas, eorumque descendentes, non primogenitos modò, sed & secundo, tertio, quarto, editos partu, quocunque generationis gradu fuerint, semper, ac omni tempore à successione exclusos esse. Quid verò his clarus? quid in re præsentem efficacius? An adhuc, quod testamentum regium loqui nuper coactum est, pactum renuntiatorum ad illum, qui nunc se obtulit, casum, non spectavit? an frustra plurali sermone *prolium*, & *liberorum*, an utriusque sexus, an partuum primi, secundi, tertii, quarti, &c. an sine discrimine descendunt, an gradum qualicumque an, inquam, frustra horum omnium illata tabulis expressa, nec non iterata mentio est? an plures unâ proles esse poterant, quin semper altera Gallis, altera Hispanis, separatis imperare posset rationibus? an cuiquam pacientium hoc non occurrere? Et exclusæ tamen quantocunque numero qualicunque gradu, partu, sexu, omnes fuerunt. Nequaquam igitur per Reges, & pacta licuit eâ incedere, quâ nunc cœptum est, fœderibus eludendis viâ. Porro ut nec descendunt, nec qualicunque gradum tabulae disertè meminissent, sed filiorum tantum an tunc pacta exclusoria ad nepotes Reginæ Teresiae pertinuisse quisquam sine rubore inficiaretur? an quisquam plures Reginæ ipsius utero editos, Carolo que Regi superstites successionis inhabiles, quod ex tabulis necesse erat, fassus fuisset, & assérere tamen ausus, si quando plures ex filio, unico illo quidem, nati fuerint eidem Reginæ ad Superos translatae nepotes, eos non omnes esse prohibendos? Au forte non par utrinque erat ratio exclusionis? Erat utique manifestissima. Nam si duos Regina superstites enixa fuisset filios, poterat & tunc uterque seorsim regnare; sed unionis cum Gallia periculum, & cœtera mala pactis memorata id passa non sunt. Nunc, cum Delphino nati sunt filii plures, Reginæ nepotes, idem unionis periculum, eadem mala impendent, manentque & reliqua, quæ exclusionem voluere momenta, si quisquam eorum sceptro portiatur Hispano. Par ergo utrinque causa est. Nec enim aut nepotes meliore præ filiis jure hic censendos credimus, aut periculum à nepote, quam à filio in Hispanis regnante minus. Unum itaque necesse est mecum agnoscant omnes, aut Philippum, & Ludovicum Reges cum Filia sponsaque Maria Teresia inlanierunt, (sit verbo audaci tantisper venia) quando qualicunque numero filiis Reginæ avitæ Hispaniæ aditum voluere clausum, ne populis, ne honori gentis, ne Domini Austriae, rei denique Europæ universæ fraudi eorum successio esset: aut nunc insanunt, qui tribus è Delphino nepotibus natis, uno dempto, reliquos regnare in Hispania pactis fraudi non esse judicant. Quis verò Reges quis illius ætatis Regum administratos insania damnet, ut illis placeat, qui hodie demum alienissimâ interpretatione pactis vim facere, nec ea ad præsentem spectare casum primi assérere ausi sunt?

Ut verò isthane controversia partem magis adhuc urgeam, utrum Reges, Bl.

ageretur, ne cum utero conceptus erat) quæ pacti exclusorii mens fuerit , magis calluisse censeas? Patrem opinor. Ast ille testamento suo (inter quod , & pactum antea initum, totum quinquennium decurrerat) post Carolum filium , tunc quadrimum, sine medio Margaritam natu minorem filiam , inde Leopoldum Augustum successores nuncupavit. Si quod posteritati Teresianæ (quam numerosam futuram jam tum probata repetitis partibus Reginæ fecunditas sperare jubebat) in qualunque casum ex pacto jus superesse Philippus Rex credidisset, ea utique proximo post Carolum loco , repræsentationis jure vocanda erat ; non vocata judicium Philippi Regis de mente pactorum clarissimè prodidit. Ulterius provehor. Reginæ galliarum Annae pactum renuntiatorum Teresiano pacto Caroli Regis testamento nuperum mox à limine articuli successorii æquavit. Anna autem Regina duos enixa est filios adhuc superstites , Ludovicum Regem cum fratre Philippo Auzelianensem Duce. Ex testamenti igitur Carolini sententia Philippus iste Aureliani Dux, aliquo casu, si quando scilicet nulla Caroli , nulla Teresia , nulla Margaritæ posteritas fuisset, poterat regnare , Ludovico fratre in Galliis dominante. Ista vero mens pacti si fuit, cur Philippus Dux Philippi Regis testamento non & ipse insertus? Cur non mox post Margaritam debito maternis natalibus loco, hæres vocatus? Cur post Margaritam ejusque posteros nemine medio Leopoldus Cæsar, Dux etiam Sabaudia vocavit ? Probè inquam noverat Philippus Rex Annæ sororis perinde ac Teresia filia exclusionem puram esse, nec quemquam gallum, ipsis natum quocunque casu in Hispaniis regem ferre. Testamentum itaque Caroli Regis plus hic Rege Philippo, qui pacto utriusque concinnando, quippe compacifens, ipse interfuit, sapere nec debebat, nec poterat.

(14.) Totum testamenti Regis fundamentum revertitur.

Ingeret tandem adhuc fortè aliquis , constare eisdem ex pactorum litera regionum, omnem Mariæ Teresie posteritatem, etiam quemcunque in casum Hispanicā hereditate exclusam, nec esse , ut hoc negetur. At vero unius metu unionis decreatum sic esse , quam invitabilem Reges crediderint. Nec succurrisse tunc eorum memoria , extare adhuc rationem, quæ aliquis Teresia , & Ludovico natus in Hispania regnare citra unionis periculum posset; quæ si Regibus, cum pacifcentur suboluisset ratio, alius profectio statuturos fuisset. Succurrisse autem eam testamento Carolino , & comprehensam esse. Hanc igitur omnino sequendam ex ipsorum etiam Regum presumpta sententia; cum mente legum, atque pactorum standum sit, non litera, non voce. Est profectio, cur gratias habeant Reges , paucis illis testamenti Carolini fabris in hunc arguentibus modum. Est enim argumentatio isthac totius testamenti medulla ; sed spectemus quo fructu ingesta. Oculatissimi fuerunt Reges in Maria Teresia, si post sterile in gallia conjugium viduitas obtigisset, si rediisset in patriam, ceteramque æratem aut vidua , aut ex fratri arbitrio repetitis extra galliam nuptiis egisset, in paternam omnem successionem velut postliminiò restituenda. Oculatissimi etiam

tamen cùm ex Salica quam volunt lege , nulla sit de terra Salica hæreditas, si in Hispaniam translatæ maritos non gallos elegissent, absfuisset utique sic quoque gallicæ unionis necessitas. In his inquam, prævidendis & ordinandis oculatissimi fuerunt cum Administris suis Reges. In prævidenda autem ea succedendi ratione , quam pauci aliqui Carolino testamento infuerunt , Reges iidem bardi prorsus hebetesque & cæci fuerunt , si quidem arguentibus istis fides. Post vexata quadraginta totis annis paucorum istorum cerebella , inventa tandem est successionis ratio, quæ scilicet capram & caules servet ; quæ natus ex Theresia gallus regnare in Hispania citra unionis discriumen queat. O verò mortalium imprudentissimos , qui somnio sibi suo, tantopere placent ! qui plus se sapere Regibus & illius ætatis ministerio sibi persuadent ! Nolo repetere, quod non unionis tantum necessitati , sed & periculo cautum voluerint Reges ; quod quād egrediè Carolina ista successionis ratione præstatum sit, demonstratum jam est. Unum modò dixisse paucis sufficiat. Prævisissima etiam ista Regibus fuit succedendi ratio, & tamen repudiata. Audiamus iterum, & pæctis quidem dotalibus articulo 5. disertè loquentes : *Exclusi cum Thesia sunt omnes filii, & descendentes, mares, fæmina, non obstante, quod dicant, dicere aut prætendere possint, quod in eorum personis NON CONCURRANT, AUT CONSIDERARI POSSINT, RATIONES SALUTIS PUBLICÆ, COETERÆQUÆ, QUIBUS EXCLUSIO NIXA EST, immo vel tunc si omnis Regis Catholicæ (Philippi quarti) posteritas deticeret, &c.* Habeant igitur suam sibi sapientiam intempestivi isti, atque alibi quærant, quibus mercem suam faciant promercalem.

(15.) *Quid possint in successore legendo testamenta regia, Hispania & divisio.*

Nunc tandem ad testamenti regii ex præscripto nobis ordine ventum est scrutinium, ut quanta ipsum sibi jugulando præbeat tela , quanta aliunde veniant, dispiciamus. Et quidem de regiorum factione testamento rum hoc ante omnia tenendum est, nisi in patrimonio regum sint regna, non esse in regum potestate, pro arbitrio suo, seu vivos, seu testamento successorem dicere. Illum suffragio laudare possunt, quem leges regnorum successoriae vocant, aut quem vocari ipsi censem. Ejusmodi autem regnum, quæ verè in patrimonio sint, fuerintve, ambigo equidem an ab omni retro memoria Europa quodquam noverit. Nam nec illa protinus in patrimonio sunt, quæ bello quæsita. Solent enim & tunc victoribus cum victis pacta intercedere, quæ jure gentium sancta sunt. Quod si nulla intercedant, primi acquirentis erit, modum successionis tam victis quam posteris suis præscribere, privatis modò sumptibus gesserit bellum. Quantum etiam legem tulerit, eam posteris resigere non licet, ni fortè aliundē appearat, sic eum voluisse, ut cum omnium denique, quibus jus inde natum est, consensu, aliter disponi possit. Quod si non privato vietoris peculio, sed civium, quibus jam cum ante victoriam imperabat, aut sociorum, quibus in belli ducem electus erat, sangue, periculo, sumptibusque parta si præda, & ratio equitatis & gentium usus fore, non raro videtur.

illud novum accessio fiat; ita quidem ut si vel in ceteris omnibus suis legibus permittatur isthac accessorium, in successionis tamen causa legem regni superioribus sequi necesse sit, ni aliter, & ipsum pactis provisum. Posteriore autem casu sociorum communis præda erit, communi consensu summi imperii deferendi ratio ordinanda. Regna igitur patrimonialia ignorat Hispanorum Monarchia. Ejus omnem ferè economiam duo regna majora absolvunt, Castilia cum Aragonia. Illud postquam eū Legionis regno, & Asturia jure sanguinis concrevit, Cœstiliā novā Galiciā, Murciā, Cordubā Bæticā, Granatā, littus Africum, Navarram, Ialias occidentales armis suas fecit. Aragoniæ Valentia, Baleares, Sardinia, Sicilia, Catalonia, similiter acreverunt. Accreducere eidem debebat & Neapolis Rege Alphonso Sapiente subacta, sed qui victoriâ abusus eam Ferdinando, notho testamento legavit, frondentibus Aragoniis, Joanne Fratre dissimulare coacto, inde turbis domi natis distento. Sed Ferdinandus Catholicus Alphonsi ex fratre Joanne nepos multis post annis progeniem spuriam prædâ malè partâ exuit, Neapoliu Aragoniæ conjunxit. Urebat verò hoc ipsum tunc Castellanos quorum potissimum operâ atque virtute, & sumptibus à Ferdinando non Alphonsi modò Sapientis posteritas, sed & mox Galli regno Neapolitano expulsi fuerunt, Ferdinandi tamen sententia tenuit.

(1.) *Quid auctoritatis testamento Carolino in successionem Hispania.*

QUAZ cùm ita se habeant, in aperto jam est, regi Hispaniarum circa successionem testamento regendam nequaquam nullis adstrictum legibus esse arbitrium. Nam sive hereditaria sint quibus præst regna (hereditaria autem, quæ passim vocantur, à patrimonialibus diversissima sunt) sive linearum venientia jure, lex successoria utrobique dominatur. Lex autem ista aliud nihil est, quam pactum inter primum plerumque regni acquirentem, & populum qui se ejus poteſti commisit, initum, aut postea quoque inter regnante, populumque seu tacito, seu expresso consensu coalitum. Pater igitur, quod si de sensu pacti dubium incidat, nec regis nec populi seorsim judicium propriè esse, adeoque nec testamento litem, si quæ sit absolvit, illisve, qui jus succedendi sibi vindicant, defi vitoriè derrahi istorum consensu quidquam posse. Novo itaque pacto, quo prius illustretur, opus tunc erit. Et si quidem tota regnatrix, regnumve petens familia unius capite stet, in expedito res erit. Nam, in quod regi cum populo tunc convenietur, id ratum erit. Si in plura abierit capita regia domus, eorum omnia in pacto declarando suffragiū est, ne quid scilicet inter regē populumque agatur, quod fraudi ceteris sit. Ut primū enim quisque de regnatrice familia in centu humanitatis venit, ut vel natus necdum esset, jure successionis quod ex pacto primævo quæsum habet, invitus aut certè immeritus dejici nequit. Non igitur dicimus nullam omnimodo regiorum testamentorum in successore nuncupando vim esse. Est utique aliqua, sed non absolute. Est nimis & regi suffragium suum dubio oborto, ut populo, ut ceteris.

AUSTRIACUM ASSERTUM

23

net, quibnsque suum. Suffragium porrò suum rex in vivis explicit, an ultimā voluntate, perinde est. Suffragium verò illud est, non quale in judiciis, aut collegiis obtinet, ubi pluralitas consentientium ceteros trahit, sed quale liberè pacifcentium esse solet, quo nemo dissentiens ceterorum arbitrio stare tenetur. Horum enim quemquam judicem sibi cum potestate cogendi datum jure gentium ignorat. Manifestum itaque est, quo usque Carolini testamenti autoritas præsenti in causa protendi summū possit, est, id numeris omnibus absolutissimā sinceritatis foret, quod deinde indagabimus. Nam ultra unius è pacifcentium collegio suffragium, hoc est sine facultate decisiva, & coactiva judicium, vim suam exerere, iura gentium, unde aestimanda sunt ejusmodi controversiarum merita, non patiuntur.

(17.) *Quid peccaverit Carolus Rex in testamentum paternum, & in suum,*

Illud porrò hīc quāri maximē refert, an si priorum regum aliquis suam de regia successione explicaverit mentem, successori regi ab ea sententia liceat recedere. Distinctione utendum censeo, an rex, qui prior se explicuit pactum successorum ipse cum populo, cumq; ceteris quorum interest imerit an fecus. Si prius, quandoquidē tota vis pectorum mente paciscentium verbis explicatā nitatur, nemini autem quid mentis regi paciscenti fuerit ipso magis constare, nemo melius explicare possit: dubium non est, successoris esse, sensum antecessoris sui ita tueri, quām ipse qui pepigerat, si superesset, maximē tuiturus erat, nec recedere ab eo posse, maximē ubi etiam ius tertio quāsumum ab ea sententia suspensum est. Sin de pacto antiquo rex antecessor, quid sibi sententiæ esset explicaverit, cū falli circa factum alienum humānum sit: non utique in eandem protinus sententiam pedibus ire rex successor cogetur. Incauta tamen antecessoris sui impetione in prudentiam, bonumque publicum gravissimē peccari à successore indubium est, maximē cū superioris integritas nemini fuerit suspecta.

Dupliciter itaque adversus Philippi. Quarti testamentum peccavit nupera Carolini innovatio. Primo enim Philippus Pater in exclusione Regiae Teresiae stabilienda partes ipse compacifcentis suffinuerat, qui non modo quid sibi mentis pacifcenti fuisset, unicè, sed & quid filia renuntianti, quid populis suis, præ aliis omnibus optimè, præ Carolo autem filio, tunc ne concepto quidem, quam maximè callebat. Standardum proinde irrefragabiliter ejus testarò factâ explicatione erat. Conditum quoque ejus testamentum est illo ipso potissimum adhuc superflite, conscientie ministrorum collegio, cuius pari conscientiâ, atque operâ in concinnando pacto Teresiano fuerat usus. Agnoverunt illi omnes unanimi voto sententiam testamenti, & amplexi sunt, cum tabulas mox ab obitu testatoris reclusas in Palatio publicâ assent, jutumque, & pactis, legibusque conformem judicassent detuncti sensum. Agnoverunt & populi, postquam per cuiusque Senatum aulæ assiduum in singula regna vulgatu fuit. Agnoverunt & illi, quorum intereat supremum Philippi Quarti de se judicium saluum esse, Leopoldus Cæsar cum Sabaudis à rege successore.

stratrice, ac Ministerio admoniti, & agnoscendo jus sibi pactis partum, testamento confirmatum, inviolabile fecerunt. Erat & ipsa vox testamenti pacto exclusorio undique consona. Excluserat verò testatoris judicium omnem non Teresia modo filia, sed & Anna sororis quemcunque in eventum progeniem, pactisque anterioribus exclusum pronuntiārat, quando post Carolum filium Margaritam filiam natu minorem, post hanc Leopoldum Cælarem, atque Sabaudos, cum post his quinque fuis, in hæreditatem vocavit. Neque licuit igitur Carolo filio hanc Patris convellere sententiam, nec postquam convellere sustinuit, injuria in Austriacos, cæteroque eo facto venienti quodquam ullo jure adjumentum esse potest.

Peccavit itidem contra prudentiam Caroli testamentum, in patro testamento evertendo. Nam Philippi Patris consummatum diutino, & regiminis, & vita decursu cum experientia judicium, suo postposuit; sinceritatē ejus sub oculis universi orbis delibavit. Non id indecorum modō; ac si arbitrio tunc per morbum perque suggestiones undique libertimo uti potuisset Carolus, propè impium erat, sed & exemplo perditissimum. Nam, si nulla fuit paterni testamenti in filium autoritas, unde nam te^{stam} ipso suo Carolus, aut qui Carolo testamenti in hanc formam condendi authores fuere, vim dehinc aliquam spondere ausint? Anne filii, quam Patris testamentum meliore sydere conditum autem? Idem mehercule jus in Caroli factum Caroli successor, ac Cirolus in factum Patris fecerat, sibi arrogabit. Sic verò quidnam de ceteris illis in eventum, quo cum Andegavensi Bituricensis improles decesserint, actum iri putemus? Jam ipso Caroli facto sententiā lata in G. Ili tunc clamitabunt. Sic quod salua Hispaniarum conditum ja-
statur testamentum in pernitiem verget. Sic precarium omnino, & ex arbitrio Philippi Andegavensis nullum erit etiam Caroli testamentum. Enigmitur quam bellè dehinc Hispaniæ rebus consultum, regibus semper de successore sollicitis, nunquam securis, s^ep deceptis, hærede nunquam non incertissimo.

(18.) *Indicia, qua suggestionibus extortum Carolo testamentum loquuntur.*

An verò tam inexpectatus regii juxta, & filialis officii cadere potuit in Carolum neglectus? Pietati Austriacæ in majores, charitati in domum suam, amori in populos innutitus fuerat. Per ipsum non pridem antea, seviente adhuc bello, non stiterat, quin Carolus Archidux in Hispaniam transferretur, hæres Monarchæ publicè renuntiandus. Petiram etiam Romæ ferunt, pace jam reducta, & nuperè adhuc à Carolo Rege, utriusque Siciliæ pro Carolo Archiduce investi uram. Hanc sibi successorem op̄asse, petuisse, alii innumera testantur. An verò his respondit securum paulo post testamentum? Undenam tam repentina mentis, & consiliorum convercio? Dicere sit, quod res est: Carolus Rex sibi relictus, Carolum se Austriacum, & meminerat, & præstiterat; alienæ potestati emancipatus, Carolum istum exuere coactus est. Accipite rem qualē concinente^s retulisse accepimus oculatos te-

AUSTRIACVM ASSERTVM.

25

Gallos quidem hostes Carolus Rex omni vitâ, puer, adolescens, juvenis, vir, bello, induciis, pace, in Hispania, Italia, Belgio, Orbe novo, terrâ marique in omnibus denique Europæ aulis, Christianis, Barbaris, fuerat expertus. Bello ultimum Ryswicensi pacto, ut vana credulitas ferebat, composito, mori saltem in pace cupiebat. Gallis tamen ne vel tunc quidem limiti Hispano hostiliter imminere omittentibus, nec vivere se in pace potuisse, nec mori in pace tandem posse paulò ante extreum morbum, aliquantum impatientius indoluit; ignarus etiam tunc adhuc, non ibi locorum, nec ab istis maximè Gallis timendam sibi Galliam esse. Gallis regiam, Gallis sanctiorem Senatum, Gallis ipsum etiam cubiculum suum insideri, Gallis undique se obsecrû, ne tunc quidem adhuc per cognitum habebat. Premebat paulò inde lectulum doloris, consumptis viribus, attenuato corpusculo, æger spiritus ergastulo se suo emoliri ferè quotidie satagebat. Sed & ibi, sed & tunc Galliam invenit. Sic destitutum, sic cum morte, sic cum iis, quæ mortem sequuntur anxiè luctantem, adorta velut ex insidiis conjurata in Austriam ex domesticis Gallis paucorum cohorts est. Monuere isti, ventum esse ad illum rerum articulum, quo tandem populorum suorum salutis & securitati consulendum serio sit. Interesse maximè, ut successor nuncupetur, qui Monarchia, cuius dissolutionem nuperum Gallo-Britannicum fœdus minitetur, continenda par sit. Nuncupandum esse, qui potentia fretus suâ, pacem secum afferat, pacem retineat. Non esse autem Hispania, unde hanc sibi spondeat felicitatem, praterquam ex ipsa illa inimicâ Gallia. Hanc suis conciliat populis Hispaniarum Rex, hanc testamento leget fortunam. Ita succissum iri Britannico fœderi nervum; ita abstinentes, qui ad Hispania solium non nisi per bella feralia, per flamas, atque incendia, perque excidia & incertissimos rerum eventus se admovere queant. Occupandum esse, ne bellijure Hispania aliquando Gallia facta videatur. Ludovicum Regem belli pacisque hactenus arbitrum in Europa fuisse. Ab isthoc Hispania pacem sibi comparet nunc, quando non armorum coacta vi metuva sit, sed liberrimo ducta consilio. Inventurum gratiam esse apud magnanimum Regem consilii candorem. Fiduciam ejus integritatè habitam pro eterno amicitia ne xu fore. Nec ipsum tamen vocari Ludovicum oportere, nec filium unicum, nec primogenitum nepotem, quos dum superstites fuerint certa maneat Galliarum hereditas. Probè sibi cognitum esse, non id per Hispania leges licere, non per pacta Tereziana. Alià igitur incedendum esse viâ. Legib[us] istis, pactoque id unum cura fuisse, ne Hispania cum Gallis intimâ unione coalesceret; ne in Galliarum iret appendicem. Esse autem quo inter Scyllam istam, atque Charybdin tuò navigare sit, si Andium Dux Hispania præponatur seorsim à Gallia regnaturus. Sic venturum Hispanie sine motibus regem, nec vel hiscere contraria ausuris amulis. Sic regnaturam in Hispaniacitra tam odiosi metu eventus Terezianam progeniem, & sanguinis graduumque juribus honorem haberet. Sic postulare, sic omnino officium erga cives Hispanos, quorum salus ex ore Regis sui ultimum valedictori nunc suspensa sit. Sic & reliqua Europe consultum fore, nam & partitum timendis alioqui Christiani sanguinis imbris. Sic sanctæ Religionis posse rationes; sic denique perpetua Monarchie Halcyonia fore &c. Congeminatos his

ternitatis jam imminentis terrores fuisse, indubium est, quando & saeros expeditio-
ni interfuisse viros tamâ inerebuit. Quod si ea juris, officiique larvâ afflito in cor-
pore, languidâ mente circumventum Regem, tabulis testamenti nomen adjecisse
condonandum fortasse humanitati est: iis, ad quos injuria pertinet, fraudi esse non
debet. Ferunt etiam viro religioso, qui Regi à SS. Confessionibus fuerat, antequam
supremum traheret spiritum, fassum esse Carolum, coacto sibi tabularum subscriptio-
nem extortam fuisse. Quidquid ejus sit, traditæ paulò post pollinctoribus regis
exuvia, resolutum in pituitam cerebrum, attenuatum in subtilis texturæ pelliculam,
sine succo & sanguine corculum præbuere; & quemadmodum concinnato Rege a-
cta sit feralis fabula natura ipsa locuta est.

(19.) *Quibus indiciis testamentum tumultuarie & inconsultè, nec sibi
constante satis judicio factum intelligatur.*

ET ista quidem suspectissimæ sinceritatis, suggestionis, ac inductionis reum co-
arguant Caroli testamentum. Sunt verò & alia, unde comprehendere est, quæ
in eo consuendo acta sunt, tumultuarie, inconsultè, & vclut circumactis quadam
vertigine mentibus acta esse. Nam & pugnantia præbet, quod immodicorum affer-
tuum, unde veritas profligata est, & præcipitati operis manifestissimum esse indi-
cium solet, ut qui circumveniendis aliis student, suæ ipsæ causæ fiant proditores.

Huc autem primùm facit, quod ex sententia ordinationis Carolinæ exclusorium
Annæ Reginæ pactum Teresiano pacto mox à limine æquatum sit. Id enim hoc sibi
volet, ut cùm Anna Regina duos pepererit filios adhuc superstites, ut inquam eo-
rum posteriori, qui Philippus Aurelianensis est, quod & tum sine periculo unionis
regnare in Hispania Borbonius posset, post Teresianam progeniem, proximus in so-
lium gradus esset. Hoc verò si ita est cur igitur Philippus iste seriei successorum te-
stamentaria illatus non est? Fieri id mox post Bituricensem oportebat. At nemini
Hispanorum curæ id fuit. Altissimum de Aurelianii Duce Carolino testamento silen-
tium est, & Bituricensi sine medio subiectus fuit Carolus Archidux, cuius jus, ut An-
na prolibus, sic & Teresianis potentius esse, hoc ipso ex rationum utrinque paritate
agnitum fuit.

Huic errori congeminus est alter, quo Carolo Archiduci sine prole decessuro sub-
rogati vestigio Sabaudi sunt, præteritis ex fratre Romanorum Rege sine discrimine
nepotibus, quantocunque hi numerò forent, indeque conjungendi cum Hispania
Imperii, quam male prætexuerunt, nulla ingrueret necessitas. Huc spectat & tertius
error, quod & Josephi Regis, Carolique Archiducis sororibus, quarum quamque
pro natalium ordine fors sua in Hispaniarum successione manet, illis in quas collo-
catæ fuerint domibus inferenda, successoria in serie locus testamento factus sit nul-
lus, qui tamen ante Sabaudos debebatur. Quodnam verò æquitatis velum, quæ
juri species has injurias sanare idonea sit? Et an quisquam sibi persuadeat, tam hostili
in suam Domum animo fuisse Carolum Regem, ut, si sine potestatis, cùm testaretur
fuisset, post unius Caroli Archiducis aut sterile conjugium, aut securam orbitatem,

AUSTRIACUM ASSERTUM.

27

protinus omnem aditu Hispaniarum sciens, prudensque voluerit proscriptam?

Erratum verò in eo genere & quartò est, quando ex omni Domo Sabaudica præter eum, qui hodie linearum jure senior est, cum posteris nemo vocatus. An non verò univerla Domus Catharinæ Austriacæ Hispaniarum Infantis progenies est, cuius ideo memoriam testamento suo tam sollicitè insertam voluerat Philippus Quartus? Perriner ista injuria etiam ad Catharinæ per foeminas prognatos nepotes, quos inter Germania quidem nostra Ferdinandi Bavariæ Electoris, nec non Ferdinandi Batæ Marchionis posteritatem numerat.

Nescio denique an non & illud ludibrio dignissimum sit, quod unius Sabaudie Ducis posteritas digna visa, cuius ratio testamenti compilatoribus disertè haberetur; tanquam Andium, Biturigumque Duces, & Carolus Archidux jam nunc sterilitatis damnati fatidicis istis essent.

(20.) *Quid de exclusione Cesaris, & Romanorum Regis sentiendum.*

Quid verò & istud sibi vult, quod Leopoldum Augustum silentio præteritum, Josephum Regem expresso etiam elogio exclusum Hispaniæ velint? Ne quo ea su Imperatoria dignitas Hispania rationibus incommodet, inquiunt. Itane verò? An leges Hispaniarum successoria hanc exceptionem loquuntur? Ecquis paucis istis legislatoribus jus fecit, leges etiam regnorum quas fundamentales vocamus, suo arbitrio interpretandi, interpretando evertendi? Si quodvis veniens cum legitimo successore incommodum, illos, quos lex, ordoque natalium vocat, sine alio facto suo, solo repellere aptum est, quid ergo, ut Rex Gallus Hispaniæ incommodaturà successione prohiberetur, tot renuntiationibus, tot pactis opus erat? an nou ipsa ista jurisprudentiâ exclusus erat cum Burgundo Galliæ Delphinus? Et an unquam gentes quietem, an quisquam ex lege successor, an familia regnatrices juris sui securæ agent, dum istud novæ Philosophiæ monstrum animos populorum invaserit? Num non Angli natum & sibi hoc jus perhibebunt? Nam & ipsi Jacobum Regem repudiârunt, quod ejus consilia M. Britanniæ rationibus crederent adversari. Quod si etiam post fata Wilhelmi Regis Annaque Eboracensis, aut eorum consensu jam nunc præteritis quibusvis Jacobi propinquioribus Ecclesiæ Romanae addictis (quorum præter reliquam Jacobi familiam facile triginta numeraveris, (Sabaudos, Borbon'os, Salmenses, Estenses, Austriacos) si inquam his omnibus pari obtentu neglectis, ad remotissimos ex Jacobi I. progenie deflexerint M. Britanniæ throno admovendos, quod hi legibus eorum ac rationibus per religionem quam profitentur, minus timendi, magis sint commodaturi, Hispanicæ quidem scholæ incautissimâ sapientiâ calculoque absoluti, & tam illustri exemplo tuti jam erunt.

Ecquis verò etiam vates istos rebus humanis immisit Deus, quorum fide, velut è tripode certum sit, incommodaturam Hispaniæ Romani Imperii sociationem? Jamne etiam supra Carolum V. & Philippum II. clarissimos sapientiâ reges suos, sapere isti satagunt? Carolus sancte post gestum feliciter per septem lustra una cum Hispania Imperium, adhuc tamen Philippum filium Hispaniarum hære-

dem, volentem utique, Ferdinando fratri Romanorum Regi successorem in Imperio exorare apud fratrem nepotemque, eundemque generum Maximilianum, & Electores serio annixus est. Num id verò admisissent Pater Filiusque, si usque adeo incommodam Hispaniarum regimini junctam Imperii curam credidissent? Quin potius probè noverat Carolus, quantum Hispaniæ suæ commodasset (ut alia omittam) vel sola præstò semper Imperatori suo, & ad nutum parata Germanorum juventus, ex qua non semel urgente ex improviso necessitate paucissimarum spatio hebdomadum justos ex integro exercitus scripsit. Isto præcipue compendio cùm res Caroli Cæsaris in Italia ad interitum vergerent, Caroli Borbonii Comestabilis consilio, properatò lectis à Fronbergio, Lodronioque octodecim Germanorum millibus mediâ hyeme Alpibus penetratis, ac superatis parta est Ticinensis victoria, ceterarum Cæsaris palmarum fœcunda mater. Istius victoriæ fructus præter stabilitam cum Sicilia Neapoleos possessionem, & Mediolani Ducatus fuit; quem quoniam rogo jure, in Philippum filium feudali dein nexus tanto rerum Hispanicarum emolumento transtulisset Carolus, nisi Imperator fuisset? Ne igitur pœnitentia Hispanos, Carolum Imperatorem Regem habuisse. Gallis potius, Germanisque in votis sicut, neminem Imperatorem Hispaniæ præesse; Gallis quidem, quod tanti præsidii Hispania semper expersa sit; Germanis, quod Imperator absens Germaniæ gravis semper sarcina. Quid amabò Hispaniæ incommodaret, rebus Imperii per vices evocatum Regem ceteras eadem operâ Monarchiæ partes obire, oculis ipsiis suis inspicere, atque curare? An id Carolo Imperatori, Hispanisque fraudi tandem fuit? Nunquam magis res Hispanorum florueré. Utinam, qui secuti Carolum Reges sunt, parcìus in Hispania desedissent! exinde enim res Hispanorum collabescere cœperunt.

(21.) *Quid censendum de licentia repudiandi legitimos successores populis, nec non abdicandi coronam Regibus Borboniis facta.*

Præter hæc omnia alium quoque compilatores testamenti erraverunt errorem, quando incutissimi mortalium, quid mantica à tergo esset præclaræ isti, si displaceat, regiorum hæredum repudiandorum licentiæ (quòd eorum successio reip. incommodatura sit) non viderunt. Ejuscemodi enim causatio si leges refigere regnum successorias, si quemquam ad thronum jure vocatum aditu arcere idonea est: fas utique multò maximum & universæ ceteræ Europæ erit, quod sibi fatale, proflusque exitiosum fore prospicit Philippi Andegavensis regnum, adversus id nervis omnibus niti, id viribus unitis evertere, nec arma deponere, donec communis omnium salutis, & securitati in aliam viam prospectum ex integro sit. Non utique hanc ego jurisprudentiam undique meam facere sustineo; attamen ab Hispaniæ Doctoribus inauspicatò editam justissimâ talione in autores Hispanos Gallosque ad stipulatores jure optimo maximo censeo vertendam. Nam, quo jure in alios sibi utendum putarant idem in se patiantur. Est igitur hinc cur Austria cum Romano Imperio, cur Magna Britannia cum Lusitania, atque Italia, cur cum Fœderato Bel-

AUSTRIACUM ASSERTUM.

29

gio reliquus Septentrio unà omnes sibi gratulentur, præbitum sibi ab Hispanis ipsis nec opinantibus telum, quod testamento regio in commune passim exitium intento, ea in parte, si vel robur aliquod inesset, satis foret configendo.

Sed & illud planissimum judicii non usquequam libi constantis specimen est, quod ipso Regis testamento Regibus Hispanorum Borbonis copia facta repudii Monarchiae scribendi, quoties ad Galliæ sceptrum lege Gallorum vocarentur. An verò gloriæ suæ, & honoris retinentissimæ Hispanorum genti gravius quidquam poterat accidere? Haec tenus ergo æmula Galliæ natio toties dehinc annitentibus potissimum, qui per hoc interregnū se erexerunt, Rectoribus, publico testamenti regi, publico Regum suorum judicio, causâ cadet, totiesque vilior Galliæ, inspectante, ac subsannante cœtero orbe pronuntiabitur, quoties in Galliam remigraturi Reges Borbonii Hispanicum diadema, è suggestu, & solio solenni ritu deponent. Spectaculum ab orbe condito non visum, dehinac non semel si modò Galliæ visum fuerit (ista enim non desertionem Hispaniæ sed unionem cum Gallia deperit) præbendum! certè cui per legem quidem testamento regio latam, si vel decies se offerat, mora nulla erit. Gravitatem verò erroris istius cumulat remedii spreti facilitas. Poterat enim eâ lege Andium Dux in Regem postulari, si incerto Galliæ sceptro pro se posterisque abjurato, proximo post Burgundum loco in Bituricensem translato Hispania oblatum præsens munus acceptaret. Si fastidisset hanc legem, illo per eundem obtentum, quod incommodatus sit Hispaniæ rebus properè misso, ipse iste Biturigum Dux optandus erat, saltem quod à gallico solio natalium juribus remotio, sceptri Hispanici deserendi magis in longinquo fuisset necessitas.

(22.) Hispania à Rege Galliarum testamentum acceptante ludibrio habita.

In obviis igitur istis curandis quandoquidem tam infelix fuit testamenti compilatorum perspicacia: quis jam miretur usque adeo etiam in ordinanda rerum summa, successione inquam regia, acie hebetatâ fuisse? Et tot concatenatis erroribus elumbe atque enerve instrumentum quis non rideat ipsi etiam Christianissimo Regi ludibrio habitum? Non multis fortasse notatum hoc est, & dignum tamen, quod attentiùs notetur. Literis illis, quibus Rex Christianissimus Reginæ vidua, Rectoribus que Hispaniarum significavit, datum à te esse regem Hispaniæ Andium Ducem, tria præcipue continentur. (1.) Conformatum Regem ex integro sententiam suam MENTI tabularum testamentiarum. (2.) In GRATIAM, ac FAVOREM Andium Ducis acceptatum sibi filioque Delphino (cur non & nepoti Burgundo?) testamentum. (3.) Iura Reginarum Anna, Tereziaque in successionem Hispanicam, quæ à ministerio Hispanico integra adhuc & inconcessa sint judicata, à se filioq[ue] deserit. At verò Menti tabularum se conformavit Rex Ludovicus nec id haec tenus impugnamus.

D 3

(1.) Nous conformant entierement à ses intentions. &c.

(2.) Nous acceptons en faveur de notre petit fils. &c.

(3.) Reconquis incontestables &c. par les avis de différents ministres. &c.

namus. Sed *mentis* istius interpretationem sibi tantisper reservavit Rex idem, prout in eventum rebus Galliarum fuerit commodum. Acceptavit equidem & testamentum, *sed in gratiam atque favorem Andegavensis*; in ceteris itaque ratum non habuit. *Jurareginarum* in Hispanias ait à ministris Hispaniarum *integra adhuc inconcussa* *judicata*; hoc est, nihil pactis renuntiatoris in ea jura licuisse; adeoque posteris eorum aditum ad Hispanicam hæreditatem patere, ut quām maximè, si renuntiationis nihil unquam uspiam intercessisset. De hoc autem postea agemus. Deseri denique ista à se, filioque Delphino jura; sed & hoc ipsum, quod continentia textus infert, *in gratiam & favorem modò Andium Ducis*. Quòd si igitur Andium Dux serius ocyus improlis inter mortales esse desinat, nec agnatum erit testamentum regium in detrimentum videlicet aut Delphini, aut Burgundi eorumve progeniei; agnatum enim in gratiam Andegavensis tantum fuit: nec *desertio juris materni* quidquam iisdem tunc detrahet, quæ nimirum & ipsa *in gratiam* tantum Andegavensis fuerat commissa. Viciissim, si quo casu Burgundus improlis vitâ fungatur, jure paterno, avitoque poterit retentâ Hispaniâ etiam in Gallia regnare Andegavensis. Agnatum enim fuisse testamentum Caroli à patre, avoque suo perhibebit *in gratiam modò & favorem sui*, non in odium. Quàd igitur testamentum eundem in Hispania, unāque & Gallia regem esse non finat, eatenus agnatum non esse; odiosum enim id foret. Provocabunt tunc fortasse Hispani ad Regem, qui asseruerit, *Sententiam suam se MENTI tabularum conformasse*. Sed mentem istam tabularum ita tunc versabit Gallia, donec menti ipsi sua ex integro conformis exeat; hoc est, donec Hispania Galliarum fiat accessio. Präverunt enim exemplo Hispanæ Ministri, qui *mentem* tabularum dotalium, pactorumque renuntiatoriorum tamdiu nuper, & ipsi versarunt, ut gratiis, ingratissive, affectibus eorum conformis denique exire fuerit coacta. Documentum etiam dexteritatis in *mente* pactorum interpretanda, (ut priora illa taceam, quæ tabulas Monasterienses, & Neomagenses corrupserunt) novissimè dedit Gallia, quando Batavis pacto *Partitionis Hispanicæ* stari petentiibus mentem pacti tantâ versavit versutiâ, ut modò Davos nacta fuisset auscultatores, nunquam tam ovum ovo simile, quām mens ista pacti menti Regis Christianissimi exisset conformis. Nimirum, non aliò spectat dimissio ista Andium Ducis in Hispaniam quām ut Hispania pedicis tantisper induatur Gallicis, quò seu alterutro fratribus improli decedente, seu alterutrius sublatâ posteritate, aut in alium quemvis quæstum etiam eventum, facilius in jura Gallica concedat. Ludificatam se Hispania inter festos tunc ignes, & æris Campani clangores, fragoresque tormentorum, quibus exceptæ sunt regiae istæ declaratoriae, neque oculis, neque auribus potuit haurire.

(23.) Non

A U S T R I A C U M A S S E R T U M .

33

(23.) Non agnito à Gallis per omnia testamento, omne successionis, judice ipso Galliarum Rego, Archiduci quasitum jas est.

Est denique adhuc antequam hunc deseramus locum, quod moneri opera pre-
tium. Cum Federati Belgae nuper requisiissent à Rege Christianissimo, veller,
juberet, Pacto Partitionis stari: responsum fuit, non id per tabulas Carolinas licere.
Has enim in Andium Ducem ex integro transcripsisse Monarchiam Hispanicam.
Si ab eo recederet Gallia, idem fore, ac si agnatum non fuisset testamentum. Tunc ve-
rò jus successionis Hispanica usque adeo omne transiturum in Carolum Archiducem,
ut nepotibus regis nec vel tenuis querendi ansa super futura sit. (a) At verò dum
Rex Christianissimus Annae, atque Teresiae, seu posteriorum jura missis pactis renun-
tiatoriis ex integro salva esse contendit, tabulas Carolinas haud minus convellit, ne-
que agnoscit à se profitetur. Tabulae enim istae Carolum Archiducem mox post Bi-
turigum Ducem in Hispania succedere jubent. Ast si Annæ, atque Teresiae jura
salva sint, Biturigum Duci surrogandus erit Philippus Aurelianensis. Imò nisi &
Burgundus cum posteris seriei successoriae inseratur, salva non erunt jura Regina-
rum. Agnatum itaque non est à Gallis Caroli testamentum, proinde, quā est Rex
Ludovicus animi aequitate, jus omne in Hispaniam isto etiam nomine, in Carolum
Archiducem transisse, vel semet judice agnosceret, ut nepotibus, nec vel tenuis que-
rendi ansa dehinc super sit.

Ceterum quām & agnatum sit testamentum regium in iis, quā Reginæ Viduæ
decebantur palam nunc est. Quod si in ipsis recte ordinandis erravit mens testa-
toris: quām putas sibi constiterit in causa longè omnium gravissima successionis?
quod si non erravit; si hac in parte à testatoris voluntate recedere Gallia datum sibi
putavit: quid in reliquis expectemus, quā Galliæ rationibus longè gravius incom-
modant? Si satis cavere docti tuissent Rectores, non ante acceptandus erat Andium
Dux, quām & tota Ludovici Regis domus Lutetiae primū, dein iterum Dux in adi-
tu Hispaniæ testamentum per capita singula, & probè digesta sacramento dicto con-
firmasset. Neglecta hac cautela suspicari licet, omnia in Hispaniam Galliarum ju-
go perenniter damnandam ultro conspirasse.

(24.) Ministerium Hispanicum, seu testamentum regium nequaquam agnovit ju-
ra Reginarum Annae ac Teresiae in Hispaniam inconclusa, hoc est,
carum reuniti ontes nullas, aut irritas esse, quod
perpetuam ipsi affingitur.

Est igitur Hispaniæ in Regis Christianissimi declaratoria, tot culta plausibus, quo
scriptum legit factum sibi suum, ac unde, quā credulitatis serius ocyus in jus
Gallicum transituram pœna maneat, discere pos sit. Inspiciendum nunc est, an, quod
illuc

(a) Sa Majesté acceptant le testament les droits sur toute la succession entière,
passent incontestablement au neveu Roy d'Espagne &c. Le refus du testament trans-
porte les droits à l'Archiduc. Il ne resteront pas même aux véritables Heritiers de
raison legitimate de se plaindre qu'on leur eut fait aucune injustice. Resp. Ignati Coll.

illic legendum exhibetur, Ministri Hispani agnoverint, *Anna*, atque *Teresa Reginorum* (intellige & posterorum) *jurain Hispaniam inconcussa, inconvulsa, omni exceptione majora (a) esse*: Et verò si qui fortè ex Ministris Hispanicis, docti Sequanam galliæ plus hodie auriferæ arenæ, quām Tagum Hesperia spargere, singulatim ita agnoverunt, parùm id refert. Si & universum Rectorum Collegium post fata Caroli Regis; neque id quidem huc quicquam facit; potestatis enim Rectorum nequaquam id erat? Sin ministrorum nomine testamentum ipsum regum, cui aliqui eorum in hanc formam condeado autores fuere, intellectam voluit Regis Ludovici declaratoria, id non inficiamus modò testamentum loqui, sed & si locutum ita fuisset, Austriacis in quoquam fraudi esse posse aegamus. Primum quod attinet, ajunt tabula: *Ministros status, justitiaeque judicis renuntiationes Reginarum unico illo fundamento nixa fuisse, ut unio Monarchie cum Gallica impeditur &c.* Id verò anne tantidem est, ac Reginarum jura per testamentum adhuc inconcussa, inconvulsa esse? Concussa opinor haud perfunctoriè sunt, saltē illo ipso casu, quo unio Monarchiarum imminet. Nam ante renuntiationes jus Reginis in Hispanias quaecunque fuisse censendum est, etiam ubi timenda erat unio. Quòd si enim secus: quid opus erat pacto in id renuntiatorio? At post renuntiationes jus eisdem in Hispanias saltem in eventum timendæ unionis, amplius non fuisse tabula testamentariæ factò ipso suo loquuntur, dum primogenitos à successione removent. Probè ergo concussa jam sunt jura illa, dum primogenitorum manibus excussa. At verò & post natis excussa esse abundè jam ostensum, quando unionem cum Gallia unicum pactorum fundamentum fuisse, falsi jam convictum, & præter cetera solum etiam periculum unionis, & metum excludendis Reginarum posteris satis esse demonstratum est. Quid amplius? Concussa ex imo sunt, quando super hæc omnia juravit *Regina Maria Teresa* illos etiam posteriorum suorum exclusos fore, in quos nec timor, nec periculum unionis, nec ulla ex reliquis renuntiationum procataristicis causis cadat, quod hic repetere non piget. *Exclusi sunt, ait, omnes filii, & descendentes mei, mares, feminae, non obstante quod dicant, dicere, aut pretendere possint, quod in eorum personis NON CONCURRANT, AUT CONSIDERARI POSSINT RATIONES SALUTIS PUBLICÆ, COETERAQUE, QUIBUS EXCLUSIO NIXA EST, immo vel tunc, si omnes Regis Catholicæ (Philippi Quarti) posteritas defecisset &c.* His clarissimis pacti renuntiatorii vocibus, quid tabula Carolina per suggestorum artes, præter verum obloqui jussæ sint, nobis pensi non est.

(25.) *Gallorum in renuntiationum infringenda vi causationes.*

Verùm enim verò regerunt Galli, & sibi haud mage pensi esse, quid tabula Reginarum renuntiatorie, quid testamentaria *Philippi IV.* loquuntur; immo quid *Carolina* quatenus è re Galliarum non sint. Adversari enim ejusmodi pacta juri, & aquo, & nulla esse. Nec enim convelli posse leges regnorum successorias, que, ut cetera, quas fundamentales vocamus sanctæ, eterne, immutabiles sint. Tot præterea defectibus scatere renuntiationem *Teresa-*

nam

mam, ut si vel alia omnes jure gentium jurata tenerent, una ipsa tamen suis confixa morbis invalida jaceret. Præterea, ut vel maximè renunciations successoriæ renuntiantes suas tenerent, non tamen in posteros jurantium valere; iterumque si cetera omnes etiam posteris obessent; esse tamen in Teresiana renuntiatione, cur ea prolibus fraudi esse nequeat. His corrupti ingenii, & jurisprudentiæ monstris, post illos, qui antehac in eadem palestra depugnârunt, quoniam Gallia toties in ruborem dari amat, ordine refellendis tria disquiremus; prium, *An regnum successiones renuntiari à regis heredibus possint?* Alterum, *An cum effectu in posteros? Tertium, An renuntiatio Teresiana omnibus numeris sit absoluta?* Id, quam fieri potest, brevissimis agemus.

(26.) *An Successio in regna possit abdicari?*

Primum quod attinet, ipso lumine naturæ clarissimum est, quemlibet favore pro se introducto cedere posse, nec non & jure, quocunque de mero genere permisorum est, nec vel jure naturali, vel divino præceptum aliquod involvit. Requiretur tamen sufficiens ejus, quod agitur scientia, & libera in consensu voluntas, & ne quid ejus, quod renuntiatur, tertio per me ius habenti in fraudem cedat, nec ego fidem de retinendo jure meo aliis dederim. Quandoquidem igitur jus succedendi in regnis de genere permisorum est, nec jure naturæ, vel divino præceptum, ut qui legis ordine eò vocatur, invitus seu honorem, seu onus subeat: per hæc quidem jura renuntiare volentibus mora nulla erit. Quin singulari cuiusquam populi lege introduci queat, ut quem lex ad sceptrum vocat, is repudiare nequeat, id fortasse largiri possumus; sed quemquam populorum eò inhumanitatis processisse, hactenus nolim credere. Ne illis quidem unquam negatum fuit jure regio, si vellent, cedere, qui regiam potestatem jam gesserant; & ne in regnis electiis quidem, ubi tamen adstrictius vinculum esse videtur. Quantò minus ergo prohibeantur, qui necdum adière regna, qui spem tantum ad regnum, eamque vix unquam non incertam habent? Ultra preces erga abdicantes nunquam ventum populis est. Ac ut etiam daretur fidem populo de non renuntiando oppignoratam fuisse, vel sic tamen adhuc remittente populo vinculum solveretur. Fidem Deo obligari de regno non repudiando solitum non est; ac ut obligata foret, majoris tamen aut boni impediendi, aut mali accersendi causâ acceptata non censeretur. Et his itaque casibus suppetere rationem aliquam vinculi laxandi, manifestum est. Impedimentum autem aliquod regiæ hereditatis respondeat à magnitudine, & excellentia & sanctitate regni accersere, puerorum, & anicularum esset. Nihil enim excellentius in terris humano animo est ad summum fruitionem boni condito; infra quem & regna extimare, ubi res postulat, id verè demum regium est. Porro etiam cum nec juris

naturæ , nec divini præceptum sit , quo in gentes , hoc est , civili imperio conexos cœtus , abire humanum genus iussum inveniatur : sequitur , gentium jure , post natos demum ejusmodi cœtus , natas esse & summi imperii deferendi leges , hoc est successorias . Positivo itaque humano juri cùm leges regnorum successoriarum debeat totum quod sunt : humano etiam jure aliquo quidquid vinculi habent , solvi posse , clarissimum est . Accedunt & populi unanimes consensu suo , quarum vix illum è civilioribus invenias , civili imperio diu gavisum , qui non summa potestatis abdicata präbuerit exemplum . Tollit denique in totum ac mutari potest lex successoria . Sic electuum jus in hereditarium , hoc in lineale abiisse , circa foeminarum quoque admissionem variatum reperire est . Nec enim aliud est lex regni successoria , quam pactum inter regnantes atque parentes (qui hac in causa utrinque superiorem neminem agnoscunt,) jure gentium , consensu seu tacito , seu expresso initum , quod jam antè monuimus . Pacientibus igitur à pacto mutuo dissensu recendentibus , lex ista tollitur . Tollit autem in totum si lex successoria potest , cur non & in partem , hoc est unius seu personæ , seu linea causâ , quam fors exclusionis seu volentem solo exesse patiatur , seu in poenam arceri jubeat ?

(27.) *Leges regnorum fundamentales an sint aeternæ ,
ac immutabiles?*

Si quam igitur gentem reperire est , quæ legum fundamentalium sanctitatem usque ad protendat , ut eas æternas , immutabiles , inviolabiles , neque ullo humano pacto refigidendas existimet , illi dubio procul insignis stultitiae laurea debetur . Geminabitur ista laurea , si quæ sit , quæ aliarum quidem gentium fundamentales leges conversioni obnoxias esse largiatur , suas autem corruptione a mutatione exemptas . Summum verò infaniam culmen expugnaverit illa , quæ , si quæ ex vicinis civitatibus separato jure Regibus suis regnanda obvenerit , si decennio uno , aut visennio quietè fuerit Regi isti possessa , sic quæstam sibi velit adventitiam eam civitatem , ut amissâ pristinâ succedandi ratione in rem , nomenque , & jura gentis istius transeat , esto domi antea suæ civitas ista , seu populus , aut regnum propriâ libertate & autocratiâ usum eatenus sit , nec aliâ mente transiverit in potestatem Regis alieni , quam ut separatâ ratione regeretur . Sanè enim nec consensus gentium cæterarum extat , nec omnibus superior aliqua potestas aliquando fuit , quæ tam singulari privilegio gentem unam in exitium reliquarum omnium beaverit . Nec verò etiam cuiusquam populi Sol sic hactenus inclaruit , ut cæterarum omnium luminaria gentium ad ejus radios offuscari , iis condi , atque immersi necesse sit .

(28.) *Gallia ipsa legem successoriam persæpe mutavit.*

QUID verò multis assertum eam gentium humanarum in mutandis legibus suis libertatem? Galliam modò ipsam intueamur, tam peregrini juris patronam. Vix gens est, quæ jura sua successoria sèpiùs Gallicā fixerit, refixerit. Antiquissimus Francorum, qui Germani indigenæ fuerunt (nam Gallicam coloniam fuisse anile commentum est) ex moribus Germanorum Tacito descriptis, ita Regum cligendorum facultas placuit, ut majorum tamen reverentia liberis prodesset. Invaleuit dein jus sanguinis, electionis aliquantum tenuiore mixturâ temperatum. Inde tota eligendi facultas in jus suffragii cuiusdam negativi soluta est, hoc est, ut repudiari à populo nequirit, quem sanguis vocaret, modò ne inveniret in eo populus, quod regno dignè gerendo adverfaretur. Fuit præterea ævum, quod singulis filiorum jus in regnum pro partibus æquis fecit, isque mos diu tenuit. Aliquando ne liberi quidem nothi exclusi sunt, quod Theodoricus Austrasius Chlodovæ M. filius exemplo suo comprobavit. Sed & vel Ludovicum cum Carolomanno fratre, vel Carolum Simplicem Ludovici Balbi filios, omnes ex ordine Galliarum Reges, vitiatis natalibus ortos fuisse necesse est, quandoquidem, Caroli mater matri Ludovici, & Carolomanni superinducta est. Carolo Magno alia succedendi ratio placuit, ut nempe Francorum regnum pro potiori sub Imperatorio nomine seniori liberorum transcriberetur, cæteris cum congrua parte & regio nomine illi subjectis. In hoc Ludovicus Pius exemplo est, Imperator & Rex Francorum dictus, Bernardo nepote Italis in Regem dato cum obsequio erga Seniores. Hoc & prima illa Ludovici Pii partitio in filios Irmengarde uxore natos sibi voluit, antequam Juditham Welpham secundis nuptiis sibi sociasset. Porrò & in Ludovico illo Pio, spredo linearum, aut repræsentationis jure ætatis ratio prævaluit, ut ipse Caroli patris secundogenitus, nepoti, qui primogenito, sed ante patrem mortuo natus fuerat, præhaberetur. Alterà dein divisione in Judithæ indeque jam nati Caroli Calvi gratiam sustulit Ludovicus obsequium à minoribus seniori præstandum, unde natum post ejus fata bellum est, quod rem Francorum propè pessundedit. Orta etiam inde est regni tripartita pro numero filiorum, & in æquas rursum partes divisio, quæ deinde in bipartitam abivit, quæ adhuc tenet. Romano-Germanicum enim quod vocamus Imperium velut tituli Cæsarei efferunt, Germania Regnum, Orientale Francorum, sive Austrasia Regnum est; Occidentale autem, Galliarum est Regnum, quod vulgo sed falso, Francorum Franciæ regnum passim solum vocatur. Post Ludovicum, & Carolomannum deinde Ludovici Balbi filios Galli Robertum alienigenam Hugonis Capeti avum Regem dixerunt. Eadem vivis exemplo subiectus est Carolus Simplex, cui dein Eudo Burgundus inductus. Hunc Simplicis filius Ludovicus Transmarinus exceptit, post quem regnum in partes diuidi constanter demum desit, Lothario filiorum majore solo post patrem regnante.

Minori Carolo ne quidem, quæ Regis filium decenter, alimenta reliqua sunt. Quæ à Franciæ Orientalis Regibus Lotharingiâ Inferiore in feudum datâ cùm liberalius accepisset; paravit contra absentem Hugo Capetus factionem in Gallia, quâ Carolus, cùm ordine sanguinis in solium vocaretur, non repulsus modò est, sed & in vinculis mortem invénit. Facinori elevando moderni Galli regiâ successione excedisse Carolum ajunt, quod extero Regi homagium dixisset; quod obtentum si nunc vacaret, multimodè refellere esset. Sed & post Hugonem Capetum nequam certam fuisse successionis in Gallia rationem arguento est, quod serie bene longâ Hugo ipse, tum filius, inde nepotes primogenitos suos vivis sibi à populo sociari Reges sollicitè curârint. Duravit Hugonis successio à patre in filium rectâ lineâ usque ad Ludovicum Hutinum, cui, quod filiam superstitem reliquisset, non sine controversia fratres Philippus Longus & Carolus Pulcher successerent. Iis sublatis Anglorum Rex Eduardus per matrem proximus, item de regno movit. Prævaluuit seu vi, seu populi favore (nec abnuerim, quod & more majorum) marium prærogativa, cui s̄amen stabiendi falsò in argumentum advocata est tunc primum lex Salica. Sic autem itum est in eam, quæ nunc penes Gallos viget, succedendi rationem, quæ linealis agnatica est. Quamobrem & manifestum est, cùm in ipsa Gallia leges regni fundamentales, successoriæ in primis, æternæ, atque immobiles, quod falso jaſtatur, non sint, quantò minus penes alias gentes successionis legem neque in totum, neque in partem revelli nisi in rem Galliæ posse, ex Gallorum libidine tenendam sit. Sed in re clarissima nimium fuiimus operosi.

(29.) *An renuntiationes valeant in posteros?*

JAM verò quod ad alterum disquisitionis caput attinet, *an parentum renuntiationes valeant in posteros*, quid prohibeat illum Hugonem Grotium pro nobis loqui? Is Operis de Jure Belli ac Pacis lib. 2. c. 17. postquam regna distinxisset in patrimonialia, hæreditaria, & linealia, quæque in singulis soleat ratio succedendi obtinere, descripsisset, §. 26. sic definit: *Similis est questio, an abdicari possit regnum, aut jus succedendi in regnum?* Et quin pro se quisque abdicare possit non est dubium; *an & pro liberis, magis controversum, sed quod eadem distinctione expediri debeat.* Nam in hæreditariis, qui jus à se abdicat, in liberos nihil potest transferre. At in lineali successione patris factum nocere non potest liberis natis, quia simul atque existere cōperunt, jus proprium eis quasiutum est ex lege; sed nec nascituris, quia impedire non potest, quin ad illos quoque suo tempore jus pertineat ex populi dono. Neque obstat de transmissione quod diximus. (Transmissionem paulò ante §. 22. dixerat, *Jus transmittendi futuram successionem quasi delatam, lege scilicet, ex spe jus quoddam verum excitante;* ita, ut hoc ipsum jus in posteros ex primo Rege venientes necessariò transeat, sed ordine certo; lineatum videbitur,

licet, quem dein describit.) Est enim ea transmissio necessaria, non voluntaria: parentes quod attinet. Illud interest inter natos, & nascituros, quod nascituris nondum questum sit jus, atque ideo auferri ijs possit populi voluntate, si etiam parentes, quorum interest jus ad filios transire jus illud remiserint; quo pertinet ea, que de derelictione supra diximus.

Egerat autem Grotius de derelictione jurium regiorum ejusdem libri cap. 4. ubi §. 10. qui hoc facit, sic loquitur: Sed alia hic, & quidem perdifficilis quæstio suboritur, an nondum natis jus suum tacite tali derelictione possit decadere. Si non posse dicimus, nihil ad tranquillitatem imperiorum & dominiorum proficit modicata definitio, cum pleraque talia sint ut posteris debeantur. Sin posse affirmamus, nullum videbitur, quomodo silentium nocere possit his, qui loqui non potuerunt, quippe cum nec existarent; aut quomodo aliorum factum aliis damno esse possit. Ad hujus modi solutionem sciendum est, EJUS, QUI NONDUM NATUS EST NUL-
LUM ESSE JUS, sicut nec ulla sunt accidentia rei non existentis. Quare si populus, à cuius voluntate jus regnandi proficiscitur, voluntatem mutet, ijs qui nondum natū sunt, ut quibus jus questum nondum est, nullam facit injuriam. Sicut autem populus expressè mutare voluntatem potest, ita & tacite credi. Mutata igitur populi voluntate, neque dum existente eorum jure, qui expectari possunt; parentibus autem eorum è quibus nasci possunt, qui jus suo tempore essent habituri id ipsum derringentibus, nihil est quod obstat quò minus illud ab alio occupari possit.

His Grotii, quod addi debeat nunc quidem non est; sin quæ contrà Gallis causari volupe, quod retundendis faciat affatim erit. Nec fuit Grotius, quod palam est, de pulvere doctor, sed è sua civitatis dum floret primoribus, rerum gnarus, earumque tractatione attritus, denique & obrutus. Cum vinculis elapsus exisset è patria, receptum præbuit Gallia, cuius & instinctu partum illum suum longè nobilissimum edidit, quem & prima Gallia gratulabunda & cum plausu exceptit. Ad stipulatur autem Grotio lumen ipsum naturæ, & usus gentium, quæ renuntiationum summa agnoscent vim, & sanctitatem. Neque Gallia eorum se vinculo eximat. Quod si enim abdicationibus suam in posteros efficaciam detrahere ausit, Margarita Valesiae & Philiberti Sabaudi, imo Catharinæ Austriacæ

Hispaniarum Infantis, & Caroli Emanuelis Sabaudi posteris reddendam meminerit Britanniam Aremoricam.



(30.) *An renuntiaticni Teresiana infuerit defectus, cuius ob-
tentu posteros non obliget, aut irrita facta sit; ac primum
de dote non soluta, &c.*

Quandoquidem igitur constans est, nullo jure quemquam prohiberi successio-
ne in regna se abdicare, eamque abdicationem, si quidem quo deceat
pacto abdicatum fuerit, etiam in posteros valere: examinandum superest, an
quod Maria Teresia pactum abdicatorium juravit, cujusquam reum culpæ sit, per
quam posteritas eo standi exempta sit necessitate. In hunc finem satis erit, quos
rigidi exactores Galli eidem pridem impegerunt naves, in medium huc revocatos
scrutari, atque refellere. Hic verò illud imprimis sive indignum, sive ridiculum
occurrit, quod dos promissa Teresiae, intra præstitutum pacto tempus soluta non
fuisset, renuntiationem juris regii, quippe non impletâ conditione, irritam
factam esse. Ut pateat inanitas calumniae, monendum est, duas fuisse renuntia-
tiones. Teresiae Reginæ, duobus distinctis comprehensas instrumentis. Prima
fuit, quæ se contentam fore numeratione dotis quingenties millium nummum
aureorum juravit; qui numerus, quamvis (quod probè se scire testata est) quæ-
cunque seu maternæ, seu cujuscunque hereditatis, aut alio quovis titulo petere,
aut expectare potuerat, supereret: nihilominus in quemvis casum quo sibi posterisve
adhuc aliquid deberetur, se illis omnibus, omniq[ue] in ea jure, & actione pro se
posterisque cessasse professa est. Altera autem renuntiatione jus succedendi in
regna atque Dominia quibus Hispanica coaluit Monarchia, abdicavit. Patet igi-
tur vel primo obtutu, conditionem prioris renuntiationis pessimè ad posteriorem
evertendam trahi, quæ separatam omnino habuit rationem. Deinde ut vel ma-
xime èo trahenda fuisset, moram in solvenda dote etiam jure civili purgari offeren-
do solutionem, ac id quod interest, contractum verò non ideo irritari, con-
stat. Præterea ne initum quidem jure civili privato fuit pactum illud renuntiatio-
nium, sed gentium jure, quippe inter reges superiorum non agnoscentes, & Tere-
siam catenus quidem filiam famam: sed omnibus juris privati nexibus in illum actum
pro regia potestate solutam. Jus autem gentium stricti juris actiones ignorat.
Præterea & tempus solutionis neutquam adjectum fuit in conditionem, quæ non
implerâ irritus esset actus renuntiationis, sed ut constaret quando solvenda dos esset,
ut non soluta actionem pareret. Denique quod soluta in tempore dos non fuisset,
per unam Galliam steterat; illienim, ut primum consummato matrimonio iteran-
da jurato erat renuntiatio ante sponsalia de præsenti facta, sic volente disertim,
pacto. Ea res Galliae neglecta moram solvendæ doti justissimam fecerat, idque
& ultimâ voluntate suâ Philippus IV. Teresiae pater expressè testatus fuit.

*Similimæ autem farina & illud est, dotem dictam non æquâss legitimam, nec è
pater-*

paternis bonis promissam fuisse. Quid enim ista ad abdicationem regni? Porro & juris civilis sunt exceptions illæ, & offerendo supplementum &c. sanantur. Nec verò jure gentium, aut naturæ pater vel dotem, vel legitimam, vel quidquam liberis præter alimenta debet, & ne ista quidem, si sit ipsiusmet, unde alantur. Jure gentium autem pactio illa Teresiana inita fuit. Præterea nec moris est inter reges, atque magnates tam rigidâ librâ, aut lance in ejusmodi contractibus mercari. Sed nec ius Canonicum hic quidquam morabatur. Illud enim rigorem duntaxat juris Romani in prohibendis renuntiationibus hæreditatum laxavit, & mitigavit; cæteris autem gentibus nequaquam vetus ultra istam laxationem, amplius adhuc renuntiations ad juris naturæ laxiora spacia & æquitatem promovere; quod & ferè ubique obtinuit. Nihil itaque balatrones illi, assertores olim jurium Reginæ Christianissimæ in Brabantiam, &c. hic promoverunt aliud, quæ quod computatis in ea causa etiam censibus, usurvis, & nescio quibus aliis nugis crepudiisque, Ludovicum XIV. pro Regem magnificissimo, & gloriofissimo tanquam negotiatorem aliquem non sine insigni injuria in forum produxerunt.

(31.) *An atas, ignorantia ejus, quod agebatur, metus reverentialis, sexus, &c. nullam fecerint Teresianam renuntiationem?*

HIS dotium inanii alias addidere Galli. Defectus atatis, ignorantia ejus quod agebatur, & quanti esset quod abdicandum erat, metus reverentialis erga patrem, fragilitas sexus, & si que alia ejusmodi füere, in obtentum iniuritatis sumpta sunt. Ast nihil impudentius Gallia est. Majorem viginti annis Regina ipsa à limine abjurationis, & in majorenitate constitutam se professa est; aut si habebant Galli quod dubitarent, licebat indicem inspicere baptismalem, quod privatis in usu est. Et constat aliunde, octodecim quoque annis Hispanicarum minorenitatem mulierum absolvit. Jure naturæ, Gentiumque annus duodecimus completus consensu in pacta quævis præstando mulieribus sufficit, idemque apud Hebreos obtinuisse tradunt, qui juribus istis explicandis operam dedere. At verò jure naturæ, gentiumque censenda fuisse, ac etiamnum esse pacta Teresiana, & dictum iteratò jam est, & nunc iterum, neque uno tantum nomine sic tenendum dicimus. Nam pacta quæcumque regnorum successoria jure gentium inita sunt inter eos, qui superiorum in ista saltem causa non agnoscebant. Quæ proinde circa eadem pacta controversiæ moventur, jure gentium dirimendæ sunt. Deinde & Reges ipsi, & Regina in textu pactorum contestati sunt, Reges in ea pacta ineunda descendisse quæ reges, & autocratores, neminem in terris superiorum agnoscentes. Quamobrem & acta eorum regia legem civilem nullam agnoscant, quæ dirigantur. Denique & Pacificationis Pyrenææ articu-

lo XXXIII. pacta dotalia pacis initæ conditionibus annumerata sunt. Pacta autem quæ inter gentes, pacis maximè causâ incuntur, jure gentium regenda esse hactenus inficiatus nemo est. Quid plus? Regnare populosque suâ jam autoritate atque consilio per statum regere Maria Teresia poterat, quando renuntiabat, si Pater, si frater Philippus Prosper non extisset; & abdicare se regno non potuisset?

Jam quod ignorantiam eorum, quæ abjurata sunt, attinet, quis eam cedere in regiam Principem potuisse credat, viginti majorem annis, ingenii, judiciorumque dotibus liberaliter ornatam, in regiæ successionis magnique spem Imperii, decennio integro, quod à morte Caroli Principis natu majoris ad nativitatem Philippi Prosperi intercesserat, educatam? Et anne adeo obscura lux est regiæ potentia & fastus, & summæ inter mortales fortunæ, ut non ultro, ac plius justo sapè, in oculos intuentium insiliat, ut pervidenda longa opus sit arata? Anne una Teresia exempta fuerit aulicis bullis regiam cum dignitate & sanctitate magnitudinem ultra meritum efferre gestientibus? Ergone unam erga ipsam Hispaniæ in magnitudine, potentia & excellentia Regum suorum, & monarchiæ verbis amplificanda pariores fuerint? Quid quod testata ipsa est Regina, semestre, quod inter dotalia pacta, & abrenuntiationem juratam decurrerat, probè indagando, quid agendum, quid ejurandum esset, consumptum sibi fuisse? Et plus Gallo calumniatori credamus neganti, quam Reginæ, cuius maximè tum res agebatur, affirmant? Nec Regi quidem suo parcunt, qui jactare ista ausint. Quæ fecit Teresia abrenuntians, Rege sposo in id antea pacto, autore fecit. Quare si decepta fuit, à primo omnium sposo Ludovico, authore, sua loce decepta fuit. Id verò credere si piaculum est, Gallorum est.

Jam quod etiam metum, ac reverentiam patris, ejusdemque Regis causentur Galli, integratatem pacti renuntiatorii in filia delibâsse quis ferat? Metu, aut reverentia, aut suadâ paternâ opus nequam erat, ut illud ageret Regina, quod probaverat, cui nomen ac autoritatem addiderat sponsus, isque amatissimus; illud, quod post multam deliberationem, post diutinam tractationem tandem enixus erat sponsi minister, rerumque tunc arbiter, in ea causa legatus prudentiâ, ingenio, rerumque agendarum dexteritate sine pari; illud quod regium utrinque non sine plausu exceperat cum populis ministerium; illud quod ante Teresiam egerat Anna amita; illud, quo sine potiri nequibat bono Regina, in cuius affectum tantum nou ab ipsis uberibus, curante, dum viveret, matre cerebatur, & quo citra abdicationem potiri se non posse jam dudum probè callebat. Sponte nitenti calcribus opus non erat. Nec verò etiam is erat Philippus patrum indulgentissimus, qui filiam, quam patri unicè dilectam fuisse utique nôrnat Galli, qui inquam filiam circumvenire. Non poterat nisi è Gallia venire calumniator forensis rabula, qui ejus probitatem, integratatemque tam atrociter vellicaret. Et quis etiam patri calumniam eximendo locupletior testis filia sit, qua postquam liberum undique arbitrium

erium in abdicando sibi mantisse professa esset, continuo addidit: *In maius eorum omnium robur, qua Duxi, quaque promisi, juro solennissime, &c.* Denique fortioribus opus est armis, quibus cedant, quae gentium iure acta sunt; quam rabulariis istis, ne in judicio quidem de tribus capillis, locum facilè habituris. Eodem relegamus & cæteras torenses inanias è jure privato petitas, cum formulis suis, atque cautelis, quæ in regios actus nihil possunt, quarum etiam necessitas ex abundanti à Rege patre solenni adjecta clausulâ sublata fuerat, sine discriminâ juris, *ad facti, substantia, aut accidentia, commissionis, omissionisve, fylli vel consuetudinis defectum involverent.*

(32.) *Brevis collectio eorum, qua ad firmandum robur pati abdicatorii spectant.*

IN compendium rem omnem conferam. Abdicatum est à Regina jussuccessorium in regna, dominiaque Hispaniarum, incerte tunc spei atque eventus, pro bono præsenti, certo, unicèque cupito, quo potiri nisi abdicando non poterat. Abdicatum est id, quod abdicari nec naturæ, nec divina, nec gentium jura, nec leges, pactave singularia veterabant; quod abdicari per dictamen naturæ, per usum populorum, ipsius etiam Galliæ licebat; quod abdicare salus publica, æqualitas inter pacientes servanda, causa religionis, pax Orbis, quies gentium, incolumentas Europæ, conservatio domûs avitæ, dignitas & honor patriæ jubebat. Abdicatum est liberrimè; nam abdicanti optio fuit, spem incertam retinere, an cùm bono certo, præsenti, amato mutare mallet, quandoquidem ambo unà stare per publicum bonum non poterant. Consensum est in abdicationem à valente per æratem, per rationis usum consentire, à sciente, quid abdicaretur, postquam tractatum super ea re inter Reges diu, deliberatum à regina semestre totum fuisset; autore denique sponso, annuente patre, urgente nemine; nemine etiam existente, qui partum sibipér Reginam jus eâ abdicatione lœsum conqueri posset. Nec verò, qui postea nati sunt, habent, quod querulentur, cùm nascentes jus amplius nullum invenerint, in quo lœdi potuissent; imò qui maternâ abdicatione lucrum fecerunt. Nam absque illa fuisset, ne in censu quidem jam essent humanitatis. Abdicatum porrò est pro abdicante, pro posteris, discriminè nullo, unus, plures, primi an ulteriorum graduum, mares, feminæ essent. Abdicatum est & in publica Orbis luce, palam, non clam, neque furtivè, Orbe in testem vocato, ad quem directus fuit abdicantis sermo; (4) in testes itidem vocatis pacientium populis cùm promulgata est Pax Pyrenæa, & tabula Pacis vulgata. Testis insuper religiosè invocatus est Deus, & Sacramentum cum imprecatione dictum, à Regina abdicante, à Regibus pacem, & dotalia pacta jurantibus. Consensere rursùm Hispaniarum populi inolito more per supremos Regnorum Senatus aulæ assiduos; consensere, cùm pax promulgata, cujus pars præcipua pacta dotalia; consensere, cùm ad præscri-

(4) *Nosum, & manifestum sit Regibus, Principibus, populis, Communitatibus, universis, singulis.*

pium pactorum Philippus Rex eadem pacta in modum pragmaticæ sanctionis per regna vulgavit. Consenserant verò, & jam pridem in antecessum, cùm lex Gallo-rum quorumvis exclusoria Novæ Compilationis Codici inserta, ac in perpetuum duratura, oculis omnium exposita, & undique acceptata fuit. Denique consenserunt nunc quoque illi omnes validam fuisse, & esse Mariæ Teresiæ renuntiationem, qui Caroli Regis testamentum agnoverunt. Nec enim illud pacto renuntiatorio quidquam virium detraxit, sed ad casum præsentem pertinuisse, duntaxat sed si-nistre negavit.

Quid multis denique agimus, quod paucis absolvi potest? Aut valida fuit, estque renuntiatio, aut suomet calculo impia, perjura, sine fide, sine fronte est Gallia. Voluit, postulavit, cavit, ut Teresia abdicaret. Præstata ab Hispanis, à Rege patre, à Sponsa sunt ea omnia, quæ ipsa Gallia pacis ritè, & in perennitatem absolvendis idonea, necessaria, sufficiencia duxit, quibus præstitis acquieturam se renuntiationi promisit. Plura si requisisset ad rem facientia, nec in istis præstandis mora futura erat. Eequid igitur opus nunc ipsa suum impugnat? Quid in iustitiae, fraudis, impietatis, nullitatis reum agit id, cum quo & ipsa iisdem criminibus necessariò implicanda est? Cur juravit, & ipsa pacta, quæ iusta, fraudulenta, impia, jure naturæ gentiumque nulla esse sciebat? Quid aliis jurandi, pejerandi autor fuit? An hæc regia, an Christianissima erant? At nesciebas tum adhuc Gallia, quantâ turpitudine, quantâ injuriâ regie successiones abjurarentur. Itane verò? O vos autem festivos, ô, dixerim, mortalium impudentissimos! Pridie pacis juratæ, translatæque in Galliam Mariæ Teresiæ, jurata fuit abdicatione, sciente, anuente, inspectante Galliæ, & nesciente adhuc, quanto piaculo juraretur. Infuscato inox die Gallia ipsa pacem juravit, & cum pacis articulo XXXIII. pacta dotalia, & abdicationem; ne tum quidem sciebat adhuc, quantum nefas juraret. Concessit illico in manus Galliæ Sponsa, successit nox Hymenæo dicata. O nox, quâ nulla unquam nox illustrior fuit! O nox omni quantumvis fudo meridi clarius! Nam cùm illo ipso, qui hanc noctem exceptit, die jubentibus pacis jurari distinctè à Rege Christianissimo, atque etiam iteratò à Neconpta debuisset abdicatione; mediâ ipsâ illâ nocte, media inter gaudia, & epithalamia, illuxerat tandem Galliæ lux, ad quam agnoverat, nefas esse, si juraret. Tantum potuit una nox, & tot quidem impedita aliis à justi, atque injusti cognitione alienissimis, ut quod jam tum per integra secula justissimum, atque æquissimum esse sciverat, inque rem suam verterat Gallia, regnorum videlicet successiones abdicari posse, id tunc abominabile, & execrandum esse repente videret. Si causam requiris; non commodabat amplius Gallicæ ambitioni abdicationum aliquod robur fateri, postquam sponsam jam in potestate haberet. An verò non hoc est fungos ducere eos omnes, quibus talia dementandis propinancur? Quid verò, quod ne nunc quidem ludificando Orbi adhuc desinat fatigare Gallia? Juratam Teresiæ abdi-

dictionem improbam, detestabilem, nullam esse contendit; injuratam Delphini, pro se, pro primogenito jam nato, pro nepotibus nascituris, factam in favorem Andium Ducus abdicationem, ut numeris omnibus absolutissinam, æquissimam, sanctissimam, Hispanis, Orbi universo (circumveniens) vendidit. Hanc eandem verò paulò post (quid enim aliud expectent in priora intuentes?) paulò post inquam, eandem, dum ita è re sua esse deprehendet, execrabilium omnium maximè execrandam dictura est. **Hec** si invita sint, nihil est in rebus humanis, nihil post-hac erit tam firmum, tam sanctum, quod perennem sibi sanctitatem, perenne robur à Gallorum & impudentia, & strophis, & armis, audeat polliceri. Et interest tamen, opinor, Orbis non omne fidei vinculum è rebus humanis tolli.

(33.) *In quo consistat dominatus universalis, in quem Galia tendit. Incrementa Gallicæ potentiae Romane comparata.*

INterest inquam Orbis, & in hac potissimum facie rerum, fidei non omne vinculum laxari. Impune jam si Gallia sit, quā toto seculo nuper exacto vi atque fortuna grassata est, porrò proverbi, actum est de salute Orbis, nec vel jus, vel æquum, vel pacta ulla, vel sacramenta, vel moderamen, aut commiseratio humana satis erunt, dominatus, in quem rapitur, universalis cohibendo. Hujus cùm nos mentio híc urgeat, hoc quoque caput licet addere, si fortasse extra corpus propositi nostri, certè non extra publicæ exigentiam necessitatis. Inane autem hujus dominatus esse nomen contemplandi magis, quāmet metuendi causâ, aut adipiscendi spe effectum, & ens quoddam diminutum intra angustos ideæ, ac desiderii cancellos, aut summum intra conatus hæsurum, creditum haec tenus, & passim sermonè circumlatum est, quintam monarchiam frustra queri, frustra timeri. Sed ed jam ventum est, ut res ipsa errorem exemptura prosperè sit. Dominatus autem iste duobus absolvitur, Imperio, & Monopolio universalis. Imperium tribus sempermodis exerit, prīmō per summum imperium civile in cives, ac subditos, quod ubi penes monarcham est, regnum dicitur; dein per imperium specialius dictum atque remissius in socios inaequales, tributarios, vassallos, eosque etiam, qui cetera suis iuris, operâ nostra, delibatam majestatem in una, pluribusve summi imperii civilis partibus habent; denique per præpotentiam in eos, qui viribus ita inferiores sunt, ut potentioris supercilium pro régula agendorum suspicere res eorum poscant, quod arbitrium rerum commodè dixerimus. Quod si igitur ejusmodi imperium quocunque suo genere cum monopolio Orbem complectitur, dominatus universalis vocatur; & solent ambo miro quodam compendio, & parandis sibi mutuo, & mutuo conservandis professe. Imperium ergo Gallicum omnes, sed inæqualiter, Monopolium itidem omnes, & æqualiter opprimet, si per illos licet, qui avertendo male



ad huc aſquid poſſunt. Non illos inquam mitius opprimet monopolium , qui, quod aliis de ſuperfluo ſuo largiantur , habent, quān quorum indigentia , aut luxui aliunde ſubveniendum eſt. Illis ſuperfluo ſuo exonerandis emptor unus Gallus incubet ; his unde neceſſaria , aut voluptuaria comparent , unus itidem venditor Gallus. Idem itaque Gallus pretii illic , quo emantur , hic , quo veneant res promerciales , magiſter unuſ , & arbitr̄ erit. Et cūn emendorum pretia infima , vendendorum autem ſumma facere penē Gallum ſit futurum , universi orbis opes in unius ſiuum Galliæ velut universalis emporii confluere neceſſe erit. Tente- muſ an eō rem deduci uſque adeo in ultimis ad huc finibus ſit , ac diu creditum eſt. Priuſ tamen tum incrementa Gallicæ potentia hucusque prolatæ , tum adminicula ingruentis dominatus contemplemur , quorum illud ad Romanæ potentia incre- menta exigemus.

De Romanæ incremento potentia id notatum eſt , quandringentos , plu- resque annos Italiz subigendæ datos fuiffe. Cūm deinde imperio in Siculos , Il- lyrios , Gallos atque Hispanos proferendo occuparetur Roma : Carthaginem ſum civitas primo , atque ſecundo Punico bello ſe in aggerem objecit. Carthagine debellatâ reliquus orbis intra annos ferè ducentos Romanus factus eſt. Pari au- tem modo cum Gallica actum potentia eſt. Nam postquam Hugo Capetus reg- nantium inter Gallos genearcha , ut imbecillius quidem , ſed ſtabilius regnum po- ſteris relinqueret , Galliam omnem in regulos cum jure in stirpes transitorio di- ſiſſet : posteris illis quinque itidem ferè ſeculorum labor fuit , regnis minoribus in regno majori abolendis , Anglis potiſſimum Galliā climinandis. Unā verò & Lugdonensis , & Viennensis tractus cum Provincia Massiliensi , Arclatensis quon- dam regni partes à Germanorum Imperio in Gallos translatae ſunt. In Belgio dein , atque Inſubribus , atque iteratō in Neapolitano regno niſulari cupientibus Gallis Romanum etiam ſub Franciſco I. procantibus Imperium , in Carthaginem ſe Hispania obviam fecit ; cuius dum res florerent , cohibita intra terminos Gallia eſt. Nunc cūm hęc Carthaginens ſuam non habere modò æmulam deſinat , ſed & molitionum adepta opitulatricem ſit : in fastis Romanis legere erit , quid ceterum dehinc maneat orbem. In hoc ſuperior Romanā Gallorum fortuna eſt , quod in hanc ſponte ſentinent ferè potiſſima , eōque pauca luſtra plusin Galliam ad absolve- dum dominatiuim incrementi collatura videantur , quam duo ſecula Romanorum attulere Imperio. Quibus verò id adminiculis , hoc ipſum paucis delibemus.



(34) *Quibus adminiculis Gallia in Dominatum universalem sit annixura.*

Possunt revocari adminicula ista ad sequentia ferè capita. Ad situm inquam, Indolem populi, Delectum militarium affluentiam, Regiminis interiorem architecturam, Axiomatum firmitatem, Nervum bellicum, & Circumstantia quadam. Situ suo Gallia in meridiem marimediterraneo objecta, portibus freta opportunis, eo omni gaudet compendio, quod situs Italicus Romanorum contulit rebus. Sed ex opposito latere longissimo littorum tractu in Oceanum effusa, Britanniam magnam sub ipsis habens oculis, & in cætera Septentrionis prona, necnon ab ortu, atque occasu, inde Germaniam, hinc Hispaniam totâ suâ emetiens latitudine, Italiam multimode superat; ac si hæc lacertum utrum Europæ, illa humeros cum toto pectori occupat, in gyrum quâquâ res fert, facilè velut ex centro se aut terrâ, aut mari effusura. Quod indolem populi attinet, multa sicut, quæ & prisca, & patrum adhuc ætas Gallis exprobavit. Ast hodie ubi Galliam inspexeris, fecus omnia habent. Et civili, & bellico imperio gerendo ut qui maximè idonei sunt, jamque etiam consumaces in quantumvis diuturnos bellorum labores, & statarii milites. Postremos impetus pares primis habere didicerunt, & pedestri militia equitum suorum virtuti nil jam cedunt, pati inediā, sudare, & algere docti etiam sunt, & disciplina militaris, dum ductoribus placeat, retinentes. Fortitudine in præliando vicinos quovis æquant; urbibus capiendis longissimè superant id omne, quod non prisca modò, sed & propior, & nostra hæc ætas poliorcetum tulit. Res etiam marinæ in bella juxta, & in commercia agenda, paratissima est. Vincere non modò, sed & victoriâ uti jam sciunt, nec minus in pace tractanda callidi sunt, ac in armis seroces. Inquieti, ambitiosi, consilio, manuque prompti, gloriæ cupidi, Basiliatæ, pacis diutina vix patientes. Horum plerisque Romanos æquant, cæteris superant, & eò maximè, quod Romanâ, an Punicâ, Græcâve fide rem gerant, perinde habeant, foederum attulos in omnem versare partem, quâ impunè licet, assueti. Ingenio denique in artes manuarias, & mercaturam exercendam, remque omnem œconomicam, tum publicam, tum privatam quâm aptissimo pollent, ut in eo genere etiam Orbem erudire queant.

Inexhaustam Romanæ pubis in delectis bellicos penum omnis ætas mirata est. Italia eam potissimum præbuit. Ast cum Gallia hominum neque frequentiâ, neque fecunditate Italizæ veteri in quoquam cedat, spatio terrarum verò, ut hodie est, quadruplè scilicet superet; quantopere Italiam delectibus habendis vincat Gallia, facilis subductio est.

Romanam potentiam medio inter Aristocraticum, popularemque statu, inde plenè populari, sed in utroque perpetuis inter plebem, patresque dissidiis impe-

dito, in imperium orbis assurgere potuisse penè supra captum humani ingenii est. Sed sub monarchico deinceps ab soluto imperio concidisse molem, minùs habet administrationis, quandoquidem in promptu causa, quod Imperatores legendi ius milites rapuerunt, quorum mobiles animi, & avari, & petulantes nullam tam diu dominum regnare passi, ut à sui stabilitate in pomœria Imperii proferenda mentem avertere satis posset. Gallis contrà jam inde ab origine sola Monarchia placuit, eaque diutissimè quidem per ordinum jura temperata, ast nunc è toto in absolutum versa unius imperium; quod genus regiminis in res augendas ceteris omnibus præstantius est. Nec monarchicum modò Gallis regimen est, sed & à septingentis jam annis, & quod excedit, in unius familiæ patrimonio numeratum.

Inter perpetua Romanorum dissidia, inde fluctum domum regnanticum fortunam mirum equeidem non est firmioribus tempore publicam, quod statum attinet, legibus fixam non fuisse. Contrà apud Gallos diuturnum unius domus septingenos per annos regnum iis axiomatibus potentiam suam stabilivit, ut ex se quidem æternum duratura videatur. Sub tot diversissimi ingenii regibus durant, perennantque in majores semper auctus prehensa semel consilia. Quæ si quando per regum, unaque ministeriorum imbellicitatem velut inducias aliquas patientur: citò tamen vel regum, vel ministerii mutata in felicitate pristino redduntur vigori. Caput vero axiomatum istorum ordo successorius est in linealem, quod diximus, axiomaticum formatus eoque hærede semper certo semper pacatus, ut in proverbium abiuerit, *Gallie regem non mori*. Ex hac lege cetera omnis regiæ Domus felicitas derivavit. Hinc illa in abolendis, quibus scatebat Gallia, subalternis potentiss. Angliaque in insulam suam remittenda, pertinacissima regum constantia; hinc temperati summi imperii deletis ordinum juribus in absolutissimum excessus; hinc in unius arbitrium collata totius populi vis; hinc sublatus stabili lege exitiosus regni dividundi mos, eoque etiam profecta integratatis custodia, ut ne in regiorum quidem agnatorum appanagiis sectio ulla publici patrimonii amplius sit: hinc & eundem intra modicos opum, & autoritatis terminos continendorum fixa nunc ratio; hinc & matrimonia iisdem passim regii sanguinis principibus libera, neque ullius, ut alibi solet, in cœlibatum amandatio; hinc fundorum omnium, quæ iatra Galliam regibus quantumvis privato obveniunt jure, in regni ipsius patrimonium adoptio; hinc terrarum, quæ è vicinis gentibus belli jure Galliæ acquiruntur, cum ceteris regni Gallici partibus in absolutam homogeneitatem reducتو, & quæ ejus generis complura sunt. Eam successorii ordinis penes Gallos felicitatem contemplaptibus vix assequi est, qui factum unquam sit, ut ulli gentium, ulli regum, vel linealis cognatus, vel hæreditarius, vel quivis alius potuerit placere.

Nervus rei gerendæ vel in milite consistit, vel in æario. De milite, atque electib[us] diximus; de stipendiis, æariisque Gallici sufficientia paulò post dice-

dicemus. Hoc modò hic loci addam. Si Romana Resp. bello Punico secundo exacto se in orbem subigendum accinxit, cur id nunc non audeat Gallia? Romanam potentiam tunc Italia cum Sicilia, atque Sardinia, Hispaniæ pars magna quidem, sed infido addicta obsequio, cum metallis fortis Pyrenæis, & Illyria absolvebat: socii præterea aliquot reges erant. Si bene calculum ponimus, una hodie Gallia potentiam istam quantamcumque tibi finges, longè vincit. Quid verò, si sociam nunc quoque Hispаниam Monarchiam cum æternis Americæ auri, argenteique vomicis, quarum omnem medullam facillimâ operâ, ac infallibili ratione in se Gallia trahet, junxeris?

Circumstantia, quæ Galliæ imperium orbis pollicentur, multa quidem sunt, pauca tamen attingemus. Romanis Carthaginæ debellata potentissima regna objiciebantur, Macedonia, Asia ac Syria, & Ægypti, postea quoque Ponti, atque Armeniæ. Sed in istorum quidem mollitiem nobilior Romanorum virtus, ac impetus, & maritima potentia faciliores præstabant victorias; in Gallias, & quæ Italiam trans Illyriam, Dalmatiamque à tergo & Septentrione erant gentes ferociæ, non item. Jam verò & hodiernæ Galliæ in meridionalia quidem illa, & Græca, ac Orientalia superior tum classum vis, tum exercituum robur, & bellandi ars, ac disciplina citatas pariet Victorias, ut primum per Europam vacaverit. In vicinas autem gentes, Germanos inquam, & Britannos, & Fœderatos Belgas, inde in reliquum Septentrionem ferociam affert parem, robur non impar, artem bellandi, saltum si obsidia, & seu trahendi seu accelerandi belis, aut pace finiendi, aut inducii prorogandi consilia spectes, superiorem, denique quod ferè caput est, in decernendo velocitatem, ad exequendum in promptu per omnia apparatum. His addendæ, & ceteræ artes è secretori regiorum loculorum recessis subditis alienis in rebellia, mediæ etiam cum Gallis pace, agendis, in Turca, Tataroque adversum Christianos concitandis, aulis hostium sibi conciliandis potentissimæ, quarum mira magistra Gallia est. Quibus omnibus in coronidem accedit Gallicæ potentiae unita, ceterarum gentium in plures distracta vis, sæpè etiam cujusque in domo factionibus, cotisionibus, atque dissidiis fracta.

(35.) *An imperium universale unquam fuerit ab Hispania timendum. Quid compendii Gallia tulerit à metu Hispaniæ dominatus Europæ incusso.*

Hæc contemplantem mirari subit deplorabilem illorum deceptionem, qui versuti ab Hispania dominatus metunt, tamquam Vejovis eujusdam terrorem, vafris Gallorum clamoribus incati sibi aliquando possi sunt. Habet, habuitque rebus etiam florentissimis Hispania connata quadam, unde à dominatu Europæ æternum proscripta est. Ea sunt in decernendo insuperabilia cunctatio, gravitas,

& supercilium, ac fastidium quoddam, ceteraque conciliandis populorum animis parum apta. Membrorum præterea tam vastæ molis, tantis terrarum, totque marium spatiis, toto ipso oceano intercepta, indeque inceptor viribus colligendis, contrà, omnimodis hostium vexis patentior compages; tandem & malorum omnium maximum, ingensilla hominum, pubis, maximè militaris in populo dominante penuria. Sed ut hæc etiam absuissent, ipsi tamen Hispani, post Philippum maximè Secundum, ultro illa omnia egerunt, quibus à spe dominatūs quam longissimè rejicerentur. Horum præcipua sunt, neglecta res maritima præter unam ferè Americanam, eamque profunctorie curatam, nec jam paucis piratis sinum Mexicanum infestantibus parem; artium præterea mechanicarum superbum fastidium, & commerciorum, (illis demptis, quæ in sola America aliunde petitis mercibus exercentur) remissus omnino occultus, crescens interim domi luxus; unde mercium exoticarum necessitas, & hiac opum Indicarum in exteris, ac plerumque hostes dissipatio, atque Charybdis, & quam consequi inevitabile erat, interversio bellici nervi. Aetariorum quoque, & publicarum opum incredibilis direptio. Aulæ dein velut Diogenis in dolio, sic uni regiæ urbi æternum defixa moles, & quid per reliquum orbem ageretur cominus inspiciendi projecta cura. Porrò & ministrorum toto superiori sèculo perpetuum regnum, & conjugata cum maligno sydere aut perversitas, aut imperitia, & quæ ejus generis alia multa. Gallia interim astu suo, atque clamore id compendii fecerat, ut quantum deceptæ Europæ adminiculo levaretur exonerata Hispaniæ lanx, tantundem fallente, quam anxiè, tam sinistrè quæsito æquilibrio, lanx Gallica præponderaret. Rem interea suam Gallia incredibili sedulitate, atque industriâ domi curabat, in tollendis factionibus, in æario reformato, atque augendo, in commerciis, artibusque manuariis, & re maritima extollendis. Sic privatum, publicèque in eam aucta potentiam est, quæ alendis ducentis quinquaginta stipendiariorum terrâ marique millibus, & classi bellicarum majorum navium ferè centum, nautis, navalique omni supellectili instruendæ, præter privatorum piraticas vicinorum commerciis bello sanè molestissimas sufficiat. Inde etiam in terrestres, maritimæque expeditiones, in prælia juxta, & obsidia, in bellum accelerandum haud minus, ac, dum expedit, trahendum, suspendus ille rei penuaria, armamentaria, & machinarum omnis generis apparatus, machinatorumque novo instituto integræ propemodum legiones; denique munimentorum illæ finibns suis in quemcunque in hostico sequiotem fortunæ eventum claudendis, propè impenetrabiles moles. His præsidiis cò jam perventum est, ut nisi, quod superest Europæ, conjunctis exemplò viribus irruenti se exitio obijciat, dominatus ille universalis, toto ferè cælo paulò ante distare creditus, jam ante fores, jam propè in arbitrio Gallia sit, jam nihil ferè, præterquam ut manus admoveatur, expectet. Planissimæ id demonstrationis est, quam, & brevissimis dabimus, quandoquidem res ipsa prudenteribus in monitoru fatis est absque oratore.

(48)

(63.) Quo ordine, atque progressu Gallia sit itura in imperium universale.

Quod primum dictum velim, clamet Gallia ad ravim usque, Pax! Pax! re-
negeramus usque, & usque, Non est pax. Pacem non vult, non vult inducias,
nisi tibi, ut tantisper vacet dominatui inter Hispanos, in Insubribus, inter Belgas
Catholicos stabiliendo. Nec enim vel Insubriam, vel Belgium reddet unquam
Hispanis Gallia; pro tot myriadum myriadibus nummorum, quas Carolino te-
stamento tuendo jam profundit, pignori mancipata, speciosissimo colore inter
Gallorum hærebunt unguis, ad Græcas Calendas reluenda. Non erit igitur pax
ista, sed desperatio libertatis, sed pactio servitutis. Sanctam habebit eam pa-
cem Gallia ut Monasterensem, ut Pyrenæam, ut Aquisgranensem, ut Neoma-
gensem, ut vicennales inducias, ut denique Rysvicensem, quæ secretiori molli-
mine jugulata antè fuerat, quā exclusa. Post pauca ipsa ista pace conciliante re-
dabit bellum atrocis. Ut verò jam nunc, vel esto tunc, Gallia alibi fortasse
terrarum, atque etiam mari, defendendis modò rebus intenta fuerit, in Rhenum
namen potissimā vi incumbet. Hic Rhodus, hic saltandum erit. Uter prior ca-
dat, superior inquam Rhenus, an inferior (quo Belgium Fœderatum præcipue
volo) trahet & alterum. Cadet autem properè uterque, opitulante maximè Ca-
tholico Belgio, ni viribus universis, quā adhuc libera est, Europa obnitatur. Hoc
an sperare sit per Septentrionis, perque Germanorum dissidia, est merito cur am-
bigamus. Mergant suis se aquis Batavi; vel glacialis hyems semitam Gallis sternet,
vel ignis, vel siccior omni hoste fames. Aliunde itaque speranda est salus. Porro
Rhenus in Galliam translatus fatum ulterioris Germaniæ secum vechet. Batavorum
enim terrā, marique viribus audita, feroxque victoriis Gallia perrumpet fluminis
repagula, & obtinebit, maximè si forte conterriti accolæ (quod solet aliquando)
victoris gratiam occupare, & promptitudine obsequii suam conditionem pactis,
in nepotes non duraturis, facere meliorem festinent. Idem verò exibit, si in neu-
tran partem jurati transitum hosti præbeant, ut captis ulterioribus, ipsi in medio
deprehensi nil egerint aliud, quā ut compendio quodam facti sint Galli. Sed &
Britannicas interea insulas Belgarum classibus duplicata Gallorum maritima vis, &
gliscentibus intus adjuta factionibus sub jugum mittet. Eas si unquam pristinis
possessoribus restituet Gallia, fallor, aut Hyberniā in belli sumptus minutis resti-
tuet, aut etiam portibus insulisque freti sui multatas. Forsan & mari exuet ve-
rito bellicarum navium dehinc usu. E Germania autem in Cimbricam Chersones-
sum terrā quidem, in Oresundam, Danicasque insulas classibus delata verget mo-
les. Inde Septentrionis interiora, & Balthicus omnis sinus faucibus per Oresun-
dam præclusis, Dominam pati Galliā discent. Inter hæc Italia, ne in censum

quidem amplius laborum veniet. Danubio autem secundo arma Gallica delapsa quantum fluminis emetiri quotannis congiuum duxerint, tantundem per latera, hinc in Carpatis montes, inde ad Adriaticum mare se explicabunt. Ibi verò & classes Gallicæ accelerandæ victoriæ præsidio erunt, quis Dominus, quæ Domina sùs Adriatici sit parùm requisitoria. Sic Europâ dominâ quis decursus in cæterum Orbem futurus sit, referre piget.

(37.) *Quid conservando Imperio universalis factura
sit Gallia.*

NEQUE dixeris, conservandi, quām parandi graviorem fortasse laborem fore. Id utique foret, si ad dominatum regno omnia complecti necesse esset. At verò monuimus, dominatum universalem imperio, & monopolio conflari, imperique triplex genus esse, regnum, superioritatem in fœdere inquali, & arbitrium. Germaniam itaque utramque suā civitate donabit Gallia, regnique partes genuinas faciet, cum Baltici maris accolis illis, quibus lingua Germanica est, ut sic resurgat (& cum auctario quidem) vetus illud Francorum sub Carolo M. regnum. Forsan & Longobardia in eandem concedet fortunam, veteris Cisalpinæ Galliæ memoriam, nomineque resuscitato. Quæ post Germaniam usque in Euxinum, & Ægeum mare protenduntur, regni pariter Gallorum erunt, sed sequiori fortassis civium ordine. In eundem censum venient, quæ ex maritimis Asiae minoris commerciorum causâ retinere visum fuerit, & insulae mediterranei. Septentrionem inquali fœdere in officio continebit, interdicto bellicarum navium usu, permisis onerariis, sed in uno Baltico sive; interdictis etiam portuum munitionibus, domesticis quoque delectibus, præter illos, qui classiarioris, quique pubem ferociorem quotannis in supplementa Gallicæ militia legant, patris sedes, præterquam salutandi causâ, nunquam revisuram. Bellis etiam inter se gerendis intercedetur; unus Gallus litiū arbiter erit. Sic imbelles reddentur, Gotheburgum verò ad Oceanum, & frustum Danicum, & præcipua insularum Baltici maris Gallicis arcibus, Gallicis tenebuntur præsidii, coloniisque una Gallica classis Balticum navigabit. Poloniā mari exclusam suis relinquet tempestibus, sed ubi res Galliæ posset, Gallico arbitrio moderandis; nec Regem sibi sumet nisi ex Galliæ sententia. Britanniarum jam meminimus. Helvetiam vanâ imagine libertatis, & necessitate venturi unicè à Gallis lucri, aditibus montium per gyrum interclusis, inde, quoties libebit, fame in fœdere continebit; sed fœdere dehinc ex Galliæ legibus dicendo. Hispaniam (ut demus seorsim regi) singulari quadam compendio quām maximè suam faciet Gallia. Fovebit, aletque desidiam gentis in re maritima, in commerciis exercendis, in artibus manuariis colendis. Sed negato cæteris exterorum aditu, uni Galliæ Hispania in

com-

commercia patebit. Sic Americanæ omnes divitiae Gallorum erunt. Optulabitur etiam Hispanis Gallia in Lusitania recipienda, sic tamen, ut navaræ operæ pretium quidquid in Oceano, in America, ad utrumque Africum littus, juris Lusitanici est, Gallorum fiat. Fiet & Gallici juris pars forsitan Algarbiæ, ut freto Gaditano arcibus Gallicis clauso, statio navium Gallicarum, & armamentaria in vicino sint. Inde Africana ex adverso Europæ ora usque in Lybiam, ad ostia Nili, ac Syriæ, Asiaque maritima coloniis Gallicis custodienda tradentur. Inferiora continentis regulis cedent origine Gallis, foedere inæquali coercendis. Extrema etiam Orientis, quæ nunc Lusitanorum, ac Batavorum sunt, dehinc Galliæ erunt.

(38.) *Quâ ratione Monopolium universale penes Galliam sit futurum.*

JAM quod ad monopolium universale, alteram dominatus partem attinet, illud in canonem esse potest, qui unus classibus prævalet, inde omnium marium dominus est, ille & commerciorum est. Per fretum igitur Cimbricum intrabit nihil exoticæ, nihil exhibit domestici, præterquam sub Gallo negotiatore. Litoris Britannici pescationes opulentissima Batavorum manebunt fortasse, sed quæ tunc Galliæ ciuium, atque ita ut in societatem Gallia universa admittatur. Eodem & Norvegia sociam in suo litorie habere jubebitur. Russia Monarcha aut desertum patietor S. Michaëlis Archangeli famosissimum Chronii maris emporium, aut unum Gallum frequentatorem. Quo pacto Hispania cum America sua uni Gallico commercio alligabitur, dictum jam est. Mediterranei maris negotiationem per Gallica, Italica, & Illyrica, Dalmaticaque, & Græca, & minoris Asie, Syriæque & Ägypti, perque Africana, quæ mare illud alluit, litora, perque insulas, Galliæ mancipabunt classium Gallicarum vis, coloniæque Gallicæ in eam omnem oram deductæ, & freti Gaditani repagula. Africi litoris, quæ Atlanticum Oceanum spectat commercia, & ipsa Galli jure Lusitanorum in se translato, Batavis in socios obtrusi, cæteris exactis, sua facient. Constant ea nunc quidem mancipiorum Äthiopicorum, & arenæ auriferæ potissimum mercatu, quæ per se quidem magna, sed ubi reserata fuerint Africæ interiora, majora longè promittunt. In oppositum Africæ ad mare Eoum littus, inque Orientales Indias aditus nemini præterquam Gallis patebit, ejus etiam Batavis. Præter Goam, & Bataviam Javæ, vetera empiria, sive ut vocamus stapulas, alia duo in Promontorio Bonæ Spei, & Philippinis Insulis condita, eademque armamentariis, cæterisque rebus in belli arces instructa, totius etiam Orientis thesauros in Galliam transferent. Et Promontorium quidem Africæ interiori excutiendæ, Philippinæ autem opulentissimo Sinensium, Japonumque commercio Galliæ mancipando facient.

Quod si per religionem vereantur Galli Japones frequentare ; ablatis à tergo argenti mineris , quas vix Americanis assurgere sunt qui perhibent , contemptum majore forsan compendio Galli ulciscuntur. Sic Septentrionali , Hispanico , perque hoc Americano , tum Mediterranei maris , Africano , & Eoo commercio (quod postremum & Arabicum , & Abyssinum , & Persicum complectitur) Gallo-rum facto , absolutum jam Galliæ monopolium , & cum monopolio dominatus erit ; quandoquidem quacunque cum maris dominio monopolium istud provehetur , illuc & reverentiam Galliæ , & præpotentiam quandam , indeque partem illam imperii , quam arbitrium diximus , invchi necesse est.

(39.) *Unde virorum ♂ nervi bellici sufficientia Galliæ fit ventura.*

Verum enim verò , Iudamne , an insaniam , requiret à me aliquis , qui fata Orbis tantâ confidentiâ ad dgitos enumerem , tanquam arbitrum me Jupiter habuisse , cum Junonem eorum consciam faceret . Ac ut cetera mibi condonentur , undenam Galliæ virorum satis , unde stipendiiorum futurum sit ? Nec enim vel hominum , vel nummorum abyssum esse Galliam , & eventurum ei , quod Hispania per tot colonias , & supplementa magnam partem in solitudinem redacta , unde infastabilem fore molem , &c. At verò per me licebit , insanire aliis ut videar patriæ amore ; ludere autem in re tam seria non est meum . Rheno Gallici juris factio , quid de reliqua Germania , quid de Europa futurum sit , Oedipo non indiget conjectatore . Quam propè autem absuerit ab interitu ante hos triginta annos Rhenus , & inferior maximè , neccum ætas oblitteravit . Neque noverat tum adhuc satis suas vires Gallia , nec Catholicon Belgium numerabat suum . Tantum igitur ferè nunc ab Orbe Gallicus dominatus , quantum à Rheno Gallicum jugum . Nec vel virorum , vel stipendiiorum unde satis promendum sit , quemquam sollicitum habeat . Civium suorum ducenta ferè millia in armis habere Galliam perhibent ; tantundem virorum , & Germania per nuperum bellum habuit , habetque , si ritè calculum duxeris ; quamquam ex toto nunquam foras eductum , quod partem magnam aliae rationes domi continere juberent . Germania igitur Gallici juris facta cum Gallia quadringenta præbere militum millia idonea erit . Helvetii soli Galliarum Regi quadraginta millia robustissimorum militum præbuerunt , ac si opus in alterum tantum sufficiat . Utrumque Belgium quadraginta facile millia domestici militis præstabit . Quingenta millia jam superat iste numerus . Quid dein Italia ? quid Septentrion ? quid Europa reliqua ? An non in centum quinquaginta millia subministranda & ista sufficient ? Et annon septingenta propè virorum militarum millia , & Europæ maximè propaginis , ac disciplinæ , Orbi in officio continendo satis . Ita autem dispensabunt militem Reges , ut per Gallos maximè suos Germaniæ ,

ac Septentrionis, per Helvetios Galliæ potentes sint. Inde & Germanico, & cœtero Europæ milite reliquum tenebunt orbem, Gallis ductoribus, Gallis navium, classiumque rectoribus. Colonias quod attinet, ut non omnes initio recente victoriâ, atque terrore frequentissimas esse necesse est, sic per generationes sua ipsa sibi creabunt incrementa, & Gallis miscebuntur aliae etiam nationes, dum solis initio Gallis magistratus veniant. Dabit etiam operam Gallia, ut per colonias una Gallica lingua obtineat; imò dabit operam, ut Gallica lingua minimum Rheno omni fiat vernacula. Sic & hic, & illuc nepotes priscas oblitæ origines Gallos se reputabunt. Studebit etiam Gallia Galliam suam veteris Romæ exemplo, novis identidem civibus augere, quo artium manuariarum cultus, & populi ingenium, in exteris Galliam suâ mutantes patriâ utcunq; comodum, apprime faciet. Artium autem istarum incremento mirè contribuent commercia uni Galliæ mancipata. Sic hominum eventuræ penuriaz cautum erit. Par ratio & stipendiiorum est. Quotquot Gallia ex suis hactenus aluit milites, quotquot classiarios, totidem & porrò alet. Inveniet etiam rationem, quâ octoginta Helvetiorum millia majoris impendii non sint, ac hactenus quadraginta. Alet & Germania suum eo numero militem, quo hactenus aluit. Idem Belgij faciet, idem Europa reliqua. Sed quod caput est, commerciorum omnium in Galliam congestio, nummorum in quamvis immensæ magnitudinis impensam affatim suppeditabit. Sic neque militaris juvenæ penuriam vagina gentium, neque bellici nervi monopolium timeri patietur.

Et ista quidem pro humani modo ingenii differere licuerit de Orbis imperio, quod ab Hispanis imminere creditum aliquando frustra fuit, inde inter non eventura concatenato errore repositum; donec per eorum neglectum, qui nescio quod æquilibrium intempestivè adhuc quæsiverant nunc è proximo à Gallia imperaret. Cœterum superiori lumine tincti qui sumus, illum utique vivere adhuc novimus, qui posuit mari terminos suos. Ejus nequaquam consenuit potentia. Noverit ista irruenti à Gallia dominatu dicere: *Hic fines tui.* Et vel jam nunc est, unde bene sperare jubemur. Dum enim de tabula manum retrahemam, ecce! allapsus ab Ungaria tetricimæ in Leopoldum Augustum, Domumque omnem coniurationis nuntius adest. Sed quod bene vertat Rei universæ Christianæ & Europæ Bonisque omnibus, propitio Dei Numine patent jam insidiæ, exarmatum scelus est. Qui hanc fraudem manifestam dedit, qui columen istud rerum

orbis salyum nunc iterum præstitit DEUS, idem si quæ nixa isto scelere
alia fuere impiorum consilia, porro profundat!



INDEX.

1. **C**aroli Regis testamentum non sustulit renuntiationes, sed ad presentem casum
non pertinere per falsam suggestionem modò judicavit. pag. 5
2. **F**alsitas suppositi, eoque nihil actum esse testamento detegitur. ibid.
3. **P**rater vitandam cum Gallia unionem etiam aliae fuerunt renuntiationum cause,
earumque elenches. 6
4. **R**atio equalitatis inter ambas Monarchias. ibid.
5. **B**onum publicum Hispania. 8
6. **B**onum commune Europa, & Orbis. ibid.
7. **P**ax Pyrenaea. 9
8. **R**atio Religionis. 10
9. **I**ncolumentus Domus Austriae. 11
10. **U**nioni Hispaniarum cum Gallia evitanda Caroli Regis testamento neutiquam cau-
tum est. 13
11. **E**tiam citra unionem cum Gallia mala unionis ex testamento Carolino Hispanu
imminet. 14
12. **M**ala unionis citra unionem ventura certa sunt. 19
13. **P**acta dotalia, & exclusoria diserte obloquuntur Caroli Regis testamento. 18
14. **T**otum testamenti regii fundamentum revertitur. 20
15. **Q**uid possint in successore legendū testamenta regia, Hispanie divisio. 21
16. **Q**uid autoritatis testamento Carolino in successionem Hispanie. 22
17. **Q**uid peccaverit Carolus Rex in testamentum paternum, & in suum. 23
18. **I**ndicia quæ suggestionibus extortum Carolo testamentum loquuntur. 24
19. **Q**uibus indiciis testamentum tumultuarie & inconsultè, nec sibi constante satis ju-
dicio factum intelligatur. 26
20. **Q**uid de exclusione Caesaris, & Romanorum Regis sentiendum. 27
21. **Q**uid censendum de licentia repudiandi legitimos successores populis, necnon ab-
dicandi coronam Regibus Borbonis facta. 28
22. **H**ispania à Rege Galliarum testamentum acceptante ludibrio habita. 29
23. **N**on agnito à Gallis per omnia testamento, omne successionis Carolo Archiduci ques-
tum jus est. 31
24. **M**inisterium Hispanicum seu testamentum regium nequaquam agnovit jura Regina-
rum Anna ac Terezia in Hispaniam inconvulsa, hoc est, earum renuntiationes
nullas aut irritas esse, quod perperam ipsi assingitur. ibid.
25. **G**allorum in renuntiationum infringenda vi causationes. 32
26. **A**n successio in regna posse abdicari. 33
27. **L**eges regnorum fundamentales an sint eterna ac immutabiles. 34
28. **G**allia ipsa legem successoriam perspè mutavit. 35
29. **A**n

I N D E X.

- | | |
|---|----|
| 29. An renuntiationes valeant in posteros. | 36 |
| 30. An renuntiatione Terestanæ insuerit defectus, cuius obtentu posteros non obliget aue
irrita facta sit; ac primum de dote non soluta, &c. | 38 |
| 31. An atas, ignorantia ejus, quod agebatur, metus reverentialis, sexus &c. nali-
lam fecerint Terestanam renuntiationem? | 39 |
| 32. Brevis collectio eorum, que ad firmandum robur patti abdicatorii spectant. | 41 |
| 33. In quo consistat dominatus universalis, in quem Gallia tendit. Incrementa Gallica
potentie Romana comparata. | 43 |
| 34. Quibus adminiculis Gallia in dominatum universalem sit annixura. | 45 |
| 35. An Imperium universale unquam fuerit ab Hispania timendum. Quid compendie
Gallia tulerit à metu Hispanici dominatus Europe incuso. | 47 |
| 36. Quo ordine, atque progressu Gallia sit itura in imperium universale. | 49 |
| 37. Quid conservando imperio universalis factura sit Gallia. | 50 |
| 38. Quaratione Monopolium universale penes Galliam sit futurum. | 51 |
| 39. Unde virorum, & nervi bellci insufficientia Gallia sit ventura. | 52 |



